misce cum oleo camomellino fiat emplm ⁊ applicetur su/per cõmissuram capite raso. ℞. radicis cucumeris asinini absinthij conquassati añ. ℳ. ij. aque dulcis olĩ cõis añ. q̃r tam. i. bulliãt super cineres calidos vsq; ad consumptionẽ debitam fiat emplm ⁊ cũ decoctione fiat embrocatio sup ptẽ dolentem. Ad idez. ℞. emplĩ apostolicon. ʒ. iiij. mala/xetur cum oleo camomillino ⁊ extendat supra cõmissuraz ad q̃titatẽ dolẽtis. Ad idem valet sacculus talis. ℞. bethõi ce sicce. ℳ. i. florũ melliloti milij par tozefacti añ. ʒ. i. flo rum sticados arabici florũ ãthos añ. ʒ. ij. conquassent exce pto millo fiat sacculus ad q̃titatẽ partis dolentis. Ad idem ℞. bethõice sicce rute sicce añ. ℳ. ʒ. florũ anthos florus sticados arabici. añ. ʒ. ß. cõquassent ⁊ fiat pileus ad formã capitis. (Eger vero) ℙõit curã p potũ ⁊ dicit q egro oz dari vinũ potẽs ⁊ antiquũ. Rõ q; tale ẽ calidũ ideo remo/uet malã cõplexionẽ frigidam. Itẽ q; ex ipo restaurant spi ritus aiales. ℂ Notãdũ q vinũ debet dari i pauca q̃titate ne vinũ repleat nimis caput neq; cerebrũ. (Lũ ãt) ℙo nit curã per balneum ⁊ dicit q cũ cephalea steterit p vnaz bebdomadã eger debet intrare balneũ. ℂ Notandum q balneũ est duplex. quoddam ẽ vniuersale quoddã particu lare. Uniuersale ẽ triplex. quoddã aereũ sicut stuphe ⁊ ca lefacit ⁊ excitat. quoddã ẽ balneũ ignis. vt ponere patien/tem in furno calido post remotionẽ panis vel ponẽdo in stu fa sicca. quoddam est balneũ aque calide vt sulphureũ vel partẽ decoquendo herbas calidas. Sed balneum pticula re eẽt suffumigatio facta cũ herbis calidis positis i firupo su pra vel ablutio facta cũ decoctione herbarũ p̃dictarũ supra caput. (Et supra). ℙonit curã per embrocã. ⁊ dicit q su pra caput oz fundi decoctio cãmomille sanfuci sticados ara bici. ratio pz. ℂ Notandũ q ad idẽ valet hec ablutio capi tis. ℞. vtriusqz calamenti origani sanfuci ysopi folioz lauri añ. ℳ. ij. florũ anthos vel ameos vtriusqz sticados añ. ʒ. i. bulliãt in lib. vi. aque vsq; quo redeãt ad lib. iij. ⁊ fortꝰ erit si bulierit in lixiuio facto ex cinere ficuũ vel vitis vel cau lium Ad idẽ. ℞. maiorãe salnie florũ camomille foliorum lauri sticados añ. ℳ. i. bulliãt i aqua vt dictũ est vl lixiuio ⁊ ablnat caput ⁊ fricet. Ad idẽ valet suffumigatõ hec. ℞. thuris sandarace ligni aloes añ. ʒ. ii. ponant supra carbões ⁊ recipiat fumus cũ panno ⁊ fricet caput ante cibũ cũ pã nis calidis ⁊ pectinet. Ad idẽ valet masticatio hec. ℞. ma sticis vel pipis vel piretri vel cubebarum vel zinzib. ⁊ fiat masticatio ⁊ salina expuatur. Ad idẽ valet gargarisma hoc ℞. orimell cũ sinapi vl pipe. vel. ℞. verepigre cũ orimel le squillitico ⁊ distẽperetur cũ aqua decoctionis origani ysopi sicce vel piretri. vel. ℞. verepigre distẽperate cũ deco/ctione salnie. vel orimelle squillitico. Ad idez valet sternu tatio tal. ℞. ellebori al. subtiliter pulueriz ati. ʒ. i. ⁊ naribus attrahat. Itẽ. ℞. castorei vel euforbij vl piretri. Ad idẽ va let caput purgiũ hoc. ℞. aq̃ maiorane. ʒ. ij. ⁊ naribꝰ attra/hat, deinde lauet aqua calida. Ad idẽ valet succus cucume ris asinini ⁊ fortiter aperit Ad idẽ valet confectio dicta au rea alexandrina vel pliriſarcoticon vel dianthos vel tyria/ca vel mytridatum, vel diacastorei, vel diacori vel kebuli conditi. ℂ Almansor.

ℂ Oõ si cephalea quotidie ante comestionẽ iua dat ⁊ post comestionẽ recedat succurrendũ ẽ in firmo ante horã qua venire consueuit dãdo eis bucellas panis in succo granati: aut vue acerbe aut horũ similium infusas. ℂ Syllanus.

ℂ Ponit curã sode ꝓuenientis p cõitatẽ ad stomachũ. ⁊ di cit q si dolor capitis accidit ante comestionem ⁊ recedit pꝰ comestionẽ p cura oz exhiberi bucella panis infusa in vino granatorũ. cum agresta ⁊ silium. ratio q; talis dolor pucit pp fluxum colere ad os stõachi. sed si proucãt exhibendo bucellas panis infusas in succo granatorũ ante horã comu/gando ⁊ stiptigãdo os stomachi prohibet fluxum colere. quare ⁊c. ℂ Notandũ q dolor capitis quidam pucit pp cãm propriam exĩtem in cerebro. ⁊ de hoc supra dixi. qui dam per cõitatẽ ab alio mẽbro ⁊ de isto hic. Sed talis per cõitatem põt ꝓuenire a stomacho vel ab epate vel a splẽ ne. Ad ꝓpositũ intelligẽ de eo q ꝓuenit per cõitatẽ a sto/macho. q; sepius accidit pp maiorẽ colligãtiam. Itẽ tal dolor põt ꝓuenire a materia calida vel frigida. Ad propositũ ras h ponit curã primi. ℂ Scõo nota q in cura doloris ca pitis ꝓuenientis ab alio mẽbro duo regruntur. Unũ ex pte membri mandantis. Secundum ex pte membri recipiẽtis Ex pte mẽbri mandantis requirunt tria. s. euacuatio p ſle botomiam vel per medicinã vel per clystere vel p cauteri uz. Secundo alteratio male cõplexionis. Tertio phibitio ascensus vaporũ ad caput. Ex pte mẽbri recipientis vnuz requirit. s. cõfortatio capitis ⁊ hoc vbi dolor nõ eẽt cretic⁹ q; impedietur crisis ⁊c. ℂ Almansor.

ℂ Si ãt cephalea contingat pp multã i sole mo ram sufficienter ex oleo ro. ⁊ aceto infrigidatis curari poterit. que tamen si ex hoc nõ quieuerit ex aliis infrigidãtibus curãda erit. Si aũt soda ad huc perseuerauerit ⁊ fortior fiat neq; vllo mõ remoueat ⁊ timeatur ne eger visum amittat ⁊ aq̃ ad oculos descendat tẽpoꝛ arterie sunt inciden de ⁊ extrabẽde. hoc tamen qõ nũc loquimur est ꝑter nr̃az intẽtiõez in hoc libro. ℂ Syllanus.

ℂ Ponit curã sode ꝓuenientis pp cãm extrinsecã. s. pro/pter multam moram in sole. Et diuidit in tres ptes q; tria ponit remedia. secũda ibi. (Que tri.) tertia ibi. (Si aut). De prima dicit q si dolor capitis ꝓuenerit ꝓpter multam moraꝫ in sole tunc cura põt fieri ex oleo ros. ⁊ aceto i frigida tis. Ratio q; p hoc remouetur mala discrasia calida inducta a sole. ⁊ hoc si sit sine materia. De secunda dicit q si dolor nõ cessat ex aliis infrigidantibus fortioribus curari oz. Rõ q; fortiter alterabunt. De tertia dicit q si soda pseuerauerit ⁊ fortificet ⁊ sit timor de pditiõe visus. vel q aqua fluat ad oculos. tũc arterie tẽporũ sunt incidende q; talis fit ex ascensu vaporũ. Et subdit q hoc nõ ptinet ad hanc partez sed supra vbi determinat de chirurgia. ℂ Notandũ q ex dictis põt haberi distinctio dolorũ capitis ⁊ cura in gene/rali. Dolor capitis ẽ duplex. Quidã est causatus ex cã extrinseca ⁊ ille ẽ duplex. Quidam causat ex rebus inducẽti/bus malã complexionẽ frigidam ⁊ curatur p calida. qdam causatur a solutione cõtinui ⁊ curat per chirurgiã. Alius ẽ dolor causatus a cã itrinseca. ⁊ talis ẽ duplex. quidã ẽ causa tus p cãm ꝓpriam existẽtẽ in cerebro. qdã per cõitatez ab alio mẽbro. ⁊ talis ẽ duplex. s. cũ materia ⁊ sine mã. Do/lor capitis ꝓuenies a materia in cerebro existẽte. ⁊ nõ p cõitatez curat p euacuãtia ⁊ alterãtia. Sed ꝓueniẽs p cõitatem ab alijs mẽbris phibet per prohibitionẽ ascẽsus vaporum ⁊ euacuãdo hũorẽ ⁊ alterãdo malã cõplexionez Si dolor p ueniens a cõplexione mala sine mã seu per cãm ꝓpriã seu per cõitatem curat per alterantia solum ⁊c.

ℂ De scotomia ⁊ vertigine. Ca. ij. ℂ Syllanus.

Quarta rubrica ẽ notandũ. primo q inter scoto miam ⁊ vertiginẽ ẽ cõuenientia ⁊ differẽtia. cõueniunt. prio quia vtraq; causat ex vapo ribus existentibus in spiritibus visibilib⁹ ⁊ i neruis obticis ex pte anteriori cerebri. Scõo cõueniunt qa vtraq; infert nocumentũ visui sensui cõi ⁊ vtuti imaginatiue. sed dr̃nt. q; scotomia ex va pore grosso fumoso generat. existente in vijs spũs visibil ip rimente similitudine i virtute seu potẽtia visiua. ⁊ ꝓpter hoc vident res extra que non sunt ad similitudinẽ illius rei fin colorem ⁊ similitudinem illi⁹ vaporis. ⁊ illa species ꝛ pressa in illo humore crystalino iprimit in sensu cõi ⁊ i ima ginatiua. quare videt q apparent res extra que nõ sunt. Et dicitur scotomia a scotos qõ est videre. ⁊ mia qõ ẽ mu sca quasi visio muscarũ. sed vertigo est a vapore spumoso existente in vijs spũs visibilis ⁊ venis ⁊ arterijs ptis ante riozis q cũ monetur inducit motũ in spiritibus ꝓpter sub/tilitatẽ vaporis iprimẽtis suam similitudinem sui motus in potentia visiua. deinde in sensu cõmuni ⁊ imagiatiua. ⁊ iõ

videtur ei q̄ res extra que non mouentur moueantur. Ex his patet q̄ homo in scothomia non cadit in terram vel raro. ⁊ in vertigine sic. vel vt in pluribus. ¶ Secundo notā dum quid sit vertigo. est enī vertigo quando homo imaginatur q̄ res moueatur supra ipm ⁊ q̄ eius cerebrum ⁊ eius corpus inuoluantur. quare accidit aliquando vt q̄ nō regat se imo q̄ cadat. ¶ Tertio notandū q̄ vertigo ⁊ scothomia possunt capi dupliciter. primo quantum ad originē suam. ⁊ sic sunt actio lesa corrupti visus. quia primo visus corrumpitur ex illis vaporibus. q̄ visui apparent res que non sunt vel extrema moueri que non mouentur. Secundo possunt sumi quantum ad earum complementum. ⁊ sic sunt actio corrupta virtutis imaginatiue. quia virtus visiua ipsius in imaginatiuam. ¶ Quarto notandum q̄ scothomia ⁊ vertigo magis nocent visui q̄ aliis sensibus exterioribus. Prima cā quia nerui visui sunt propinquiores imaginatiue q̄ organa aliorum sensuum. Secūda cā quia in scothomia ⁊ vertigine est corruptio spirituum ⁊ virtꝰ visiua magis abundat in spiritibus. propter hoc enim nerui obtici sunt ocani: vt pz quarto de accidenti ⁊ morbo. Tertia cā est. vertigo est respiciens motum. quia credit q̄ oia moueantur in gyrū: sed p visum magis motus percipit q̄ p aliū sensum: ideo magis appropriatur visui. ¶ Quinto notandum quāuis scothomia ⁊ vertigo nominent nomine accidentium q̄ sunt actio corrupti visus. quia scothomia dicitur quasi visio muscarū. ⁊ vertigo dicit a verto vertis. possunt tñ dici duplices morbi. vnus consimilis. quia i cōplexione fit ratione male complexionis causate a vaporib⁹ in cerebro. Alius est morbus officialis. quia fit oppilatio in nervis ⁊ vijs spūz i anteriori parte cerebri. ¶ Sexto notandum q̄ apud medicum tres sunt cāe vertiginis. s. primitiua ⁊ añs ⁊ coniuncta. Cā primitiua sunt res nō naturales multiplicantes vapores in cerebro sicut cibi vaporosi. vt alia cepe ⁊ filia. ⁊ fumosa vt legūia ova frixa vinum nouuz mouere circulariter. aspectus ad res luminosas ⁊ hmōi. cā añs sunt quatuor hūores. q̄ ex quolz humore possunt elevari vapores Cause coniuncte sunt vapores elevati ab aliis humoribus. ⁊ si sint grossi fit scothomia. si vero sint subtiles fit vertigo. ¶ Septimo nota de signis scothomie ⁊ vertiginis. Signa qñ fuerit ex revolutione supra ipm. vl ex revolutione rez sensatarū vel ex percussione manifesta sunt ex re ipa inducente. Signa qñ fuerint ex vapore generato vel retento in ipo cerebro sunt añcessio doloruz capitis tinnitus ⁊ tenebrositas longa vel fixa ante oculos. ⁊ in gustu ⁊ odoratu abbrenuatio ⁊ pulsatio in arterijs anterioribus ⁊ spatijs. Signa qñ fiunt a sanguine sunt vene inflate ⁊ facies ⁊ oculi ⁊ caput rubea ⁊ calida ⁊ somnus grauis. ⁊ lassitudo. ⁊ pulsatio in temporibus. ⁊ vrina spissa ⁊ subruffa. Signa ex cholera sūt, vigilie inflammatio absq̄ multitudine grauitatis, imaginationes citrine vel auree. vrina aurea clara vel citrina. Signa ex flegmate sunt grauitas. timor pigritia. multitudo somni. albedo oculorum ⁊ corporis būditatū multiplicatio in toto corpore. vrina idigesta alba spissa. gulositas ⁊ indigestio. Signa ex mlia sunt grauitas non multū intensa. vigilie cogitationes ⁊ imaginationes corrupte. vrina clara subtilis indigesta. capilli nigri. Signa quando veniunt a cerebro. passio continua nō sentiē nocumentum in alijs membris. Signa quando per cōitatem passio non est continua nisi quando ascendunt vapores ⁊ sentitur in alio mēbro nocumentum. Signum pronosticum isti sūt consanguinei ⁊ amici epilepticorū nec non apopleticorum quare si multiplicant malum regimē cadunt in illas passiones ⁊ cetera. ¶ Almansor.

Cum aliquis illud q̄ añ eū ē circulariter moueri viderit: ⁊ oculi tenebrescunt ⁊ cadere voluerit: ⁊ facies ⁊ oculi in eadē hora rubuerint: uene quoq̄ que sunt post aures grosse apparuerint: ex ipis uenis minutio faciendа est. Et uentose in collo ⁊ tibiis sunt ponende Quod si predicte uene non apparuerint ⁊ facies fuerit rubea: sanguis ex basilica erit minuendus: ⁊ uentose ī tibiis sunt ponēde. In hac preterea scothomie spē ⁊ in ea quā añ dixim⁹ caput ex oleo ro. ⁊ aceto est infundendū. Eger quoq̄ calida cibaria uitare dz. Uēter quoq̄ ex apozimate mirobal. citrinorum quod in. c. de cephalea diximus est soluendus. ¶ Syllanus.

¶ Dic Raf. ponit curam scothomie ⁊ vertiginis. Et dividitur in duas. Primo quando fuerint a sanguine. Secundo quando a flate secunda ibi. (Cum autem nec in facie) Prima in duas. Primo ponit curam quando fiunt a materia sanguinea contenta in cerebro secūdo qñ a sanguie cōtento in alio mēbro secunda ibi. (Nō si predicte). De prima dicit q̄ cum apparuerint hec signa. Primū signuz qñ videtur circulariter moueri qō est coram se. secundo quia oculi obscurantur. Tertium q̄ voluerint cadere. Quartū facies ⁊ oculi apparent rubei. Quintum vene que post aures sunt apparent grosse supple ex istis signis arguendum est q̄ scothomia ⁊ vertigo fiunt a sanguine contento in cerebro. secundo dicit q̄ phlebotomia dz fieri ex illis venis. ¶ Notandum pro ratione dictorum q̄ ratio primi ē quia propter pūtiam sanguis in cerebro elevantur vapores monentes spūs visibiles circulariter. ideo apparet illud. scōm verificatur q̄ multi vapores cōicantur ad oculos ⁊ obscurantur. Verificat tertium q̄ propter motū factum in spiritibus cerebri corpus non pōt sustentari: q̄ non est instrm vel organū pportionatū. Verificatur quartū q̄ aliqua ps sanguinis cōicatur ad alias partes ⁊ rubificant. Verificat quintū q̄ p phlebotomiā illarū venarum enacuat sanguis peccans ⁊ divertit. Iz tñ diversio sit panca ex quo sanguine replent vene vt dr in quinto signo. sciendū tñ hic q̄ Raf hic intelligit premissa ⁊ pīsuppposita phlebotomia de cephalica brachij vbi non sit aliud prohibens. ¶ Notandū q̄ dicit Raf in tertio signo. Et cadere voluerit q̄ aliqñ ē i vertigine casus ⁊ aliqñ non. q̄ quando passio est nimis fortis ⁊ est inferens nocumentum in pte posteriori que ē principium virtutis memorative. sic ē casus quare tūc assimilat epilepsie. Iz sit dīa q̄ in epilepsia fit contractio in casu. sed in vertigine nō est cōtractio Iz casus. sed qñ est passio debilis q̄ pancus dolor ⁊ pancus vapor non inferens nocumētū in parte posteriori sic nō est casus. (Et ventose quidem). Ponit curam q̄ ventosas ⁊ dicit q̄ in cura huius debent poni ventose in collo ⁊ in tibijs. ratio q̄ p has divertit sanguis ⁊ enacuat. (Nō si predicte.) hic ponit curam qñ scothomia ⁊ vertigo, pueniunt a sanguine cōicato ab alijs membris. ⁊ dividit in quatuor. In prima ponit curā p. phlebotomiā ⁊ ventosas. secūdo per inunctionem capitis. tertio per dietā. Quarto per medicinā laxativā. secūda icipit ibi. (In hac preterea.) tertia ibi (Eger quoque) q̄rta ibi. (Uēter vero). De prima dicit q̄ si non apparuerint predicta ⁊ facies fuerit rubea debet fieri flebotomia de basilica. ratio q̄ signuz est q̄ sanguis communicatur ab alio membro ⁊ plus ab epe. ideo ⁊c. secundo dicit q̄ ventose sunt ponende in tibijs. ratio q̄ divertunt sanguinem ad loca distantia a cerebro. ¶ Notandum q̄ sicut ventose valent in tibijs divertendo. ita positio pedum in aqua calida valet divertēdo vapores ad inferiora ⁊ sic removet dolorem. dubitat vtruz alio humore a sanguine peccante competat phlebotomia. ratio pz quia si humor esset admixtus sanguini competit. si non tunc competit enacuatio cuz farmaco ⁊c. (In hac preterea) hic ponit curam scothomie ⁊ vertigini s aliunde causate per communitatem ⁊ per iunctionem. ⁊ dicit q̄ in hac passione ⁊ in alia que fit a materia existente in cerebro. convenit vt fundatur super caput oleum ros. ⁊ acetum. ratio quia ista prohibent ascensum vaporum ad caput repercutiendo ⁊ confortando. secundo quia alterat malam complexionem in cerebro. ¶ Notandum q̄ dictū raf. est verum quando passio est in principio vel augmento ⁊ quando materia est in fluxu. sed in statu ⁊ declinatiōe quando materia est fluxa non verificatur dictum. raf. quia

De sco. et vertigine.

tunc competit resolutiuū sicut embrocatio facta ex decoctiõe camomille. folioꝝ lauri ⁊ similiū. ¶ Dubitatur vtrum medicamen dictum repercussiuū ⁊ resolutiuū cõpetat. Arguitur ꝙ non qz supra membrū principale non cõperit ponere repercussiua. Secundo ꝓbatur ꝙ non fit fiendū qz tũc fieret inflãmatio. Ad primū dicendū ꝙ super emũctorium cerebri, vel alterius principalis membri nõ cõueniunt repercussiua. hoc volunt auctores. sed supra cerebruꝫ sic. Ad secundum dicendū ꝙ tale valet in rõne cõiuncte cause. ⁊ malus sequitur iuuamentū q̃ nocumentum. (Eger quoqꝫ.) Ponit curaꝫ per dietaꝫ ⁊ dicit ꝙ eger nõ debet assumere cibaria calida. Ratio qz illa ebullitionem inducunt in sanguine ex qua ascendunt vapores ad caput qui sunt causa istarũ passionum. Secunda causa qz talia nutrientia multiplicant sanguinem ⁊ choleram a quibus isti vapores elevantur. ¶ Notãdũ ꝙ sicut oportet cauere a cibis predictis: ita oportet cauere ab alijs rebus non naturalibus multiplicantibus sanguinem ⁊ choleram ⁊ ebullitionem ⁊ motum inducentibus. sicut a superfluo somno superfluꝫ vigilia ⁊ respicere in fundum a loco alto ⁊ sic de alijs. ¶ Secundo notanduꝫ ꝙ dieta cõueniens est. s. ꝙ debent vti lentibus coctis cum agresta conditis cum vino granatorum pãnico millio ⁊ similibus: aliquando debent comedere carnes hedi pullorum conditas cum agresta vel aceto ⁊ post carnes comedant pirum vel pomũ coctũ. vel comedãt lactucas vel portulacas cum aceto conditas. De potu bibant aquam decoctionis berberis vel granorum granatorum. vel bibant aquaꝫ succhari cum psilio. vel bibant vinũ debile bene lymphatuꝫ. (Uenter vero.) Ponit curam per medicinam laxatiuã et dicit ꝙ euacuatio fiat cum decoctione mirobola. citrinoruꝫ de qua dictum est in ca. de cephalea. Ratio quia per illam euacuatur cholera. ¶ Notandum ꝙ si vertigo ⁊ scotomia fiant a cholera. cura est vt ꝓcedat vomitus cũ sirupo acetoso ⁊ aqua calida vel aqua decoctionis aneti ⁊ seminis atriplicis ⁊ si vomere non posset bibat decoctionẽ hãc. Ry. mirobo. citrinoꝝ. ʒ. i. ℈. pistent ⁊ bulliant in lb. ℈. aque cuꝫ ʒ. i. prunorũ ⁊ accipiantur. ʒ. iij. illius aque. ⁊ i illa aqua addantur. ʒ. iij. sirupi rof. vel viol. detur ante diem. Ad idez valet. Ry. aque casei. lb. ℈. reubarbari. ʒ. i. ℈. dimittant i lb. ℈. aque casei ante diem coleꝫ ⁊ detur infirmo. Ad idẽ. Ry. ʒ. vi. decoctiõis prunorũ. x. tamarindoꝝ. ʒ. i. elũ. de succo rof. ʒ. ij. ℈. Ad idem. Ry. tamarindoꝝ. mane. añ. ʒ. i. dissolvatur cum. ʒ. vi. aque decoctionis prunorum. ¶ Almãsor.

¶ Cum autem neqz in facie rubedo neqz fe. cũ scotomia fuerit: attendendũ ẽ est an sit stomachi subuersio ⁊ nausea: que si affuerint prius vomere cogendus est: deinde de pillulis cochijs dosim vnã sumat: ⁊ a frigidis abstineat cibis. Byl.

¶ Hic ponit curam scotomie ⁊ vertiginis a materia flegmatica: ⁊ dividitur in duas partes. Primo quãdo est per cõmunitatem ad stomachum. Secundo quando est per propriam causam in cerebro. scõa ibi. (Si autem.) Pria in duas. Primo ponit curam per euacuationem. Secundo per dietam. Secunda ibi. (Et a frigidis.) De prima dicit ꝙ vbi tam in vertigine q̃ in scotomia non fuerit in facie rubedo nec fe. oportet considerare an sit stomachi subuersio ⁊ nausea: quia tunc arguendũ est ꝙ sit a materia frigida per cõmunitatem a stomacho. Secundo dicit ꝙ i tali causa debet prius prouocari vomitus: deinde debet fieri euacuatio cum pillulis cochijs. ¶ Notanduꝫ ꝙ nausea est voluntas vomẽdi sine effectu. Subuersio est frequens voluntas vomendi. ideo addit frequẽtiã super nauseã. ¶ Secundo notandum ꝙ si in scotomia non est rubedo in facie nec fe. est signũ ꝙ ꝓuenit a frigida materia. Sed q̃ accidit subuersio ⁊ nausea stomachi: signũ ẽ ꝙ sit ꝓ cõtatẽ ad stomachum. Sed rõ remedij est qz per vomitũ euacuat mã cõtenta in stomacho: ⁊ qz pillule cochie euacuãt materiam flegmaticã a cerebro: tõ ⁊c. Ad idẽ valẽt pillule auree imo plus euacuant a stomacho ⁊ capite. Ad idẽ valet hoc. Ry. terepigre. ʒ. ℈. orimellis cõpositi. ʒ. i. aq̃ decoctõis hysopi vel zedoarie. ʒ. iiij. vel. vi. Ad idem. Ry. pillarũ fetidarum ʒ. ii. vel. ʒ. i. ℈. syrupi rof. ʒ. ii. aq̃ mellis. ʒ. iiij. ⁊ dek in matutinis. (Et a frigidis.) Hic ponit curã per dietã ⁊ dicit ꝙ oz abstinere a frigidis. rõ quia frigida augent materiã flegmaticam. ¶ Notandum ꝙ dieta cõueniens est. primo qz oz cõedere carnes hedi vel castrati parue gallinarũ ⁊ p dictũ sasianorum ⁊ oium auiũ vinentiũ in arboribus ⁊ in pratis ⁊ nõ in aquis ⁊ vtpluꝫ comedat carnes assatas ⁊ nõ elixas ⁊ vitellos ouoꝝ cicera fracta farrũ ⁊ risuꝫ. De potibus vinũ debile ⁊ stipticum qz ꝓpter debilitatẽ nõ ꝑuenit ad caput ⁊ ꝓpter stipticitatẽ cõfortat stomachũ. Bonũ ãt eẽt vt biberet aquã mell' loco vini ⁊ hec dieta etiã esset cõueniens q̃ ꝓueniet a mlia. ¶ Notãdũ ꝙ ⁊ si vertigo ⁊ scotomia possunt esse ⁊ fieri a materia existente in alijs membris vt epate vel matrice. tamen vt plũm ꝓueniunt a materia existente in stomacho. qz hic sunt latiores vie qz materie transeunt ꝑ meri ⁊ isophagum. ¶ Notandum ꝙ medicina vomitiua in tali casu est talis. Ry. radicũ raphani silueſtris. ʒ. i. semis atriplicis assari añ. ʒ. ℈. fiat decoctio i lb. i. aque quousq̃ veniat vsq; ad. ʒ. iiij. colet ⁊ colature addatur olei cõis. ʒ. ℈. croci fortiter cõquassati. ʒ. i. quia fit fortior. aceti. ʒ. i. detꝫ in hora calidiori diei post assumptionem cibi vnctuosi dos. ʒ. ii. ¶ Notandũ ꝙ vbi ꝑ illa nõ sequit curatio tunc fit cauterium ⁊ est tale. Ry. cãtaridaꝝ remotis capitibus ⁊ alijs puluerizataꝝ. ʒ. ij. fermenti. ʒ. ℈. misce malaxãdo cũ aqua ardẽti fiat massa. ponaꝫ sup mẽbrũ ad q̃titatem vnius auellane. ¶ Almansor.

¶ Si autẽ neqz aĩe subuersio neqz nausea fuerint neqz caliditatis signa apparuerit venter ex pillis cochijs multotiẽs soluaꝫ. Cibaria quoqz frigida oino vitet. Et gargarisin⁹ fiat quo flegma depõaꝫ. In narib⁹ quoqz põaꝫ aliqd de bis q̃ narrauimus quo caput calefiat. ¶ Bylla.

¶ Hic ponit curã scotomie ⁊ vertigis q̃ fit a materia frigida ꝓpter cãm ꝓpriã in cerebro. ⁊ dividit in quatuor ptes q̃m primo ponit curã ꝑ euacuationem. Secũdo per dietã. Tertio per gargarisma. Quarto per effusionem in naribus. ibi scõa. (Cibaria quoqz) ibi tertia. (Et gargarismus.) ibi quarta. (In naribus.) De prima dicit ꝙ si subuersio aĩe ⁊ nausea nõ fuerint nec apparuerint signa caliditatis debet fieri sepe euacuatio cũ pillis cochijs. ¶ Notandũ ꝓ ratione dictorũ ꝙ q̃ non apparuerunt signa ꝓdicta. signũ est ꝙ sit a materia frigida ꝑ ⁊ ꝙ materia est in cerebro ⁊ non cõicatur ab alio membro. Ratio quare debet fieri euacuatio cũ pillis cochijs est quia euacuant materiam flegmaticaꝫ a cerebro. ⁊ quare debet fieri sepe euacuatio est: quia morbus factus a tali materia est cronicus. ideo debet fieri sepe euacuatio ꝓpposita indigestione i materia. (Cibaria quoqz.) Hic ponit curam per dietaꝫ ⁊ dicit ꝙ eger debet vitare cibaria frigida. ratio quia multiplicant materiam flegmaticam. ¶ Notandum ꝙ non solum patiens debet vitare cibaria frigida. sed vlr omnia saltem ꝙ aliqꝺ tps vt per duos dies aut per tres. ratio qz calor naturalis nõ replens materiam cibalẽ in quã agit. agit flegma ⁊ sic resolvit vel digerit vel connertit in sanguinẽ. (Et gargarisma.) hic ponit curam per gargarisma ⁊ dicit ꝙ oz fieri per qõ attrahaꝫ flegma. ratio. quia tunc euacuatur flegmatica materia a qua elevantur vapores facientes scotomiam ⁊ vertiginem. ¶ Notandum ꝙ dictum raſ. verificatur in corpe nõ dispposito ad egritudines palmõis vel ad phtisiꝫ ⁊ hoc voluit auicẽ. tertio cañ. fen. prima trac. prio. c. generali de cura egritudinum capitis. ratio quia per ipsaꝫ materia trahitur ad pectus ⁊ ad pulmonem iõ ⁊c. ¶ Secũdo notandũ ꝙ gargarisma trahẽs flegma a capite sic fit. Ry. betonice hysopi. añ. ℥. i. liquiritie rute vnaꝝ passaꝝ mũdataꝝ ab arill'. añ. ʒ. i. piretri radicis treos recentiũ añ quart. i. ℈. seminis finapis. seis stafisagrie zinzib. ai. añ. ʒ. ℈. masticis. ʒ. i. mellis electi quar. i. fiat. sposizma purum ⁊ clarissimum vsq; ad quartas. iii. capiantur duo cocleraria singula vice ⁊ patiẽs teneat in ore diu ⁊ ꝓiciat extra ⁊ fiat

gargarisma

ante prandiū vel ante cenā. Ad idē valet masticatio piretri vel masticis. sed q; piretrū habet mordicare linguā. igitur ponitur in pāno lineo albo ⁊ ponit̄ postea supra dēt̄es. ⁊ sic non sentit̄ tantus dolor ⁊c. (In naribus.) ¶Ponit curā p̄ imissionem in naribus ⁊ dicit q; in naribus debet poni aliquod ō eis que dicta sunt que calefaciūt caput. p̄z. ¶Notandū q; in naribus p̄t poni illud qđ̄ pudcat sternutatiōez vt elleborus albus vel piretrus vel euforbiū vel piper ⁊ tale valet attrahendo fleg̃a a cerebro ⁊ euacuando similiter valet. q; cōmouet cerebrum ⁊ sic calefacit. Et sil'r in naribus p̄t poni aliq̄ō oleū resoluēs ⁊ calefaciens sic oleum de euforbio ⁊ cucumere asinino ⁊ simile. Simil'r p̄t poni pulvis talis ⁊ insufflari nucis muscate vel nigelle. ⁊ p̄ hec intelligenda sunt oia istis similia que debēt approximari p̄missa euacuatione. ¶Scō notandū q; si scotomia ⁊ vertigo fiāt a mā mlica cura d̄z esse talis. q; raf. non ponit. d̄z eē digestiuū tale. ℞. syrupi de epithimo. ʒ. ii. sirupi de fumoterre. ʒ. i. aque boraginis endivie buglose añ. ʒ. ii. vl' sic ℞. syrupi acetosi simplicis. ʒ. iii. ℈ coctionis thimi epithimi boraginis buglose. ʒ. vi. clarificet optime p̄ duabus vicib' Solutiuū in forma pillari. ℞. pillarū de lapide lazuli vel armeno. ʒ. i. vel. i. ſ. Ad idē in forma decoctionis. ℞. dia sene. ʒ. ſ. polypodij. ʒ. i. mirabol. indor. ʒ. i. pistentur oia ⁊ bulliāt in. ʒ. vi. aque donec remaneāt. ʒ. iii. dof. ʒ. ii. detur in mane añ diē. ¶Tertio notādū q; cura scotomie ⁊ vertiginis que fit ex vapore generato ⁊ retēto in ipo cerebro. est cerebrū cōfortare ⁊ facere euaporationē cū aqua decoctōis absynthii ⁊ florum camomille vel melilloti mane rosar. ⁊ facere ip̄m abstinere ab omnibus leguminibus ⁊ acutis vt cepis ⁊ allijs ⁊ specialiter nucibus ⁊ vino potenti. comedat carnes. Comedat post cibū pira cocta vel mespilas vel confandrum preparatum vel confandros confectos. ¶Quarto notandum q; cura eius que fit propter revolutionem eius supra seip̄m. vel ex aspectu eorum que revolvuntur ē quiescere ⁊ abstinere a talibus rebus nocentibus. Uti etiam debet somno ⁊ tranquillitate. ⁊ abstinere a motu forti ⁊ intenso.

¶De phrenesi. ¶Syllanus.

Circa rubricam notandum q; hec passio p̄t quadrupliciter nominari. ¶Primo frenesis. Secundo carabitus. Tertio sirsen. Quarto apostema calidum cerebri. Dicitur frenesis a frenis vel pāniculis refrenantibus vel restringentibus fubam cerebri ne solvat̄ q; vt plurimum h̄z fieri in ip̄is pāniculis cerebri. Dicit̄ karabitus a suo accēte qđ̄ est alienatio. vnde karabitus est nomē accidentis arabicū qđ̄ interpretatur alienatio mētis. Dicit̄ sirsen qđ̄ est apa cerebri vel capitis q; sir in arabico idē est qđ̄ caput in latino. ⁊ sen. i. apa. Sicut birsen ē apa pectoris ⁊ dicitur a bir qđ̄ est pectus ⁊ sen qđ̄ est apa. ¶Secūdo notādū q; frenesis ē duplex. ſ. vera ⁊ non vera. Uera est apa calidū cerebri ad qđ̄ sequitur mentis alienatio. Nō vera est mala cōplexio calida cerebri ad quā sequitur mentis alienatio causata a vapore elevato ab alijs mēbris vel a toto corpore sicut p̄z in fe. cōtinua. Et dicitur pafrenesis a para qđ̄ est iuxta ⁊ frenes quasi propinqua frenesi q; si nō removeret ille vapor fieret vera. ⁊ hoc sepe accidit. ¶Tertio notandum q; si frenesis vera dicatur apa calidum cerebri nō est intelligendum q; sit quodcūq; calidū. ſz solū illud qđ̄ ē p̄ eētiā cal'm. sic illud qđ̄ ē de sanguie vl' de colera ſz i stāte ⁊ melācolia p̄ putredinē aqrat̄ calitas nō tn̄ ē frenesis ſz lethargia. ¶Quarto notādū q; tres sūt cāe frenesis ſm medicos. ſ. primitiua adcedēs ⁊ pūcta. ¶Primitiua sūt res nō nāles multiplicātes sanguinē ⁊ colerā ⁊ marie i cerebro vt cib' calid'. aer calid' magna ināitio. vigilie supflue mot' supflu' q̄ quis sint alie coadiuuantes. vt etas iuuētutis ꝓpter calida. statio ad solē capite discopto. Cā adcedens ē sanguis vel cholera vel vtrūq; simul; nō faciēs apa. Cā cōiuncta sūt illimet būores actu faciētes apostema i cerebro ¶Quito notādū q; cola faciēs frenesiz ē triplex. ſ. adusta ⁊ ex tali fiūt mālaci. Colera ru. ⁊ nō adusta ⁊ colera citrina Ordo i malitia ē. q; pūa ē ōterior scōa. ⁊ scōa tertia. rō p̄z.

¶Sexto notandus q; materia faciens frenesim. ſ. sanguis vel cholera potest cōtineri in pāniculis. ſ. in dura matre. vel pia matre ⁊ in substantia cerebri. Ordo in malicia deterior est illa. ſ. que fit in substātia cerebri. Secundo illa que fit in pia matre. Tertio illa que fit in dura matre. Ratio patet bene speculanti. Septimo notandum q; licet frenesis posset generari in quolibet ventriculo cerebri magis tamen generatur in anteriori quoniam anterior ventriculus est calidior alijs ⁊ in illo magis aggregatur sanguis ꝓpter retiae mirabile ibi existens quod est compositum ex venis ⁊ arterijs: ⁊ ideo in frenesi plus leditur virt' imaginativa imo potest esse lesa ⁊ alie nō. Ut dicit Gal'. tertio de accidenti: ⁊ ideo habet pessimam imaginationem. ¶Notandum tertio q; in frenesi est fortis motus ⁊ sensus debilis. Ratio primi q; in frenesi cerebrum declinat ad calidum ⁊ siccum propter materiam frenesis. ⁊ sic nervi motivi fiunt ficciores ad tactum ⁊ ad motum fiunt velociores ⁊ magis obedientes nisi deveniant ad tantam siccitatez q; corrumpantur: ⁊ causa est ex parte organi. Alia causa quia virt' imaginativa imperat motive ⁊ caliditas excedit multū ideo fortiter movet. Ratio secundi quia nervi sensitivi sunt humidi plus. vt Auicē. prima primi illo ca. Dico q; deus. Ideo in frenesi nimis recedunt a temperamento ideo debilitantur sensus: q; membrum non exercet suas operationes nisi cū temperamēto.

¶Almansor.

Quando aliquem febris conclusa invaserit cum forti capitis ⁊ oculorum gravedine: ⁊ in facie atq; i oculis vehemēs fuerit rubedo ⁊ capitis dolor ⁊ horror luminis affuerit ⁊ in pulsu velocitas ⁊ frequentie superfluitas inveniuntur: signa frenesis certissima iudicabuntur. Nō si lingua nigra aut citrina fiat: ⁊ permisceatur intellectus: ⁊ multum fuerit alienatus: ⁊ vigilaverit multum: iam phrenesis perfecta erit. ¶Syllanus.

¶Dicit Rasis determinat de frenesi ⁊ dividitur in duas. ¶Primo ponit signa. Secundo curaz. Secūda ibi. (Ergo ⁊). ¶Prima in duas. ¶Primo ponit signa pronostica frenesis seu minus certa. ¶Secundo ponit signa demōstrativa seu magis certa. Secunda ibi. (Nō si lingua.) De prima dicit q; inveniunt̄ ista signa. ¶Primuz fe. continua cōclusa. Secundum fortis gravedo capitis ⁊ oculoz. Tertium vehemens rubedo faciei ⁊ oculoz. Quartum dolor capitis. Quintum horror luminis. Sextum velocitas ⁊ frequentia pulsus talia dicuntur signa frenesis certissima. ¶Notādum de ratione signorum verificatur. ¶Primum. ſ. febris quando est continua conclusa. scilicet ratione sanguinis ascēdētis ad caput ⁊ apostematis. Verificatur secūdū per idez. Verificatur tertium quia pars sanguinis ascendentis ad caput cōmunicat̄ ad oculos ⁊ partes faciei ideo rubificant̄. Verificatur quartum. ſ. dolor capitis ratione male complexionis causate a sanguine ⁊ ratione solutionis continui que est in apostemate. Verificatur quintum quod est horror luminis. Ratio que ex lumine magis inflāmatur ⁊ agitatur. Ideo apparet contrarietas ⁊ difficultas. Verificatur sextuz quia propter p̄sentiam sanguinis augetur necessitas magna cordis euitandi. (Quod lingua.) Hic ponit signa demonstrativa frenesis vel magis certa ⁊ dicit q; si apparuerit ista signa. ¶Primum q; lingua fuerit nigra. aut citrina. Secundum permixtio intellectus. aut alienatio. Tertium vigilie superfluae. tunc frenesis est perfecta. ¶Verificatur primum ꝓpter adustionem ⁊ caliditatem multā. Verificat̄ secūdū pp̄ inflāmationē multā factā in ventriculo medio vnde fit permutatio specierū. Verificat̄ tertiū ꝓpter caliditatē que est causa vigiliarum. Notandum q; illa signa sunt quando frenesis est a materia sanguinea. ⁊ preter illa. scilz sunt alia. Repletio venaruz habitudo corporis grossa i qua sanguis est multiplicatus. vsus rerum. ſ. generantium sanguinem abhominatio. ſ. loquele ⁊ pigricia in ea clamor post suum

De frenesi

dormire. extremorum frigiditas ⁊ agitatio ⁊ anhelit⁹. ſ. inordinatus vrina rubea ⁊ ſpiſſa a principio. Ratio patet. Secundo notandum ꝙ iſſfrenesis fiat a colera. Signa ſunt vehemens. caliditas ⁊ acuitas febris continua alienatio mētis vehemens. Tertium vſus ante eam rerum acutarum vt ſinapis albi piperis melꝛ. vini acuti. rei ſalſe ⁊ ſimilium Quartum velocitas pulſus ⁊ ſpiſſitudo. Quintum deſiderium attrahendi aerem vltra ſolitum continue. Sextum citrinitas faciei ⁊ oculorum. Septimum inquietudo. Octauum clamor ⁊ vociferatio. Nonus vrina albificatur. Decimum ſitis vehemens. Ratio ſ omnium patet intelligenti. Sciendum eſt hic ꝙ ſi colera aduratur. ſigna hec omnia intenduntur in ſuo eſſe ⁊ cum hoc diſpoſitio demonij ⁊ rixa ⁊ inquiſitio rerum cum extremis. ⁊ oculi conturbantur valde. Tertio notandum ꝙ ſignorum frenesis. quedam ſignificant frenesim futuram ⁊ ſunt illa que dicta ſunt in prima parte. Et quedam preſentez ⁊ ſunt illa que dicta ſunt i parte ſecunda. Quarto notandum ꝙ ſignorum frenesis quedam ſignificant frenesim ſalubrem vt eſt diminutio malarum imaginationum ⁊ accidentium ⁊ materie euacuatio. ſ. per fluxum ſanguinis narium vel per ſeceſſum. Vnde ſequitur alienatio. Quedam ſignificant frenesim mortalem. vt ſunt vrina aquoſa perſeuerans egeſtionis retentio ⁊ intenſio malorum accidentium. Quinto notandum ꝙ hic eſt ſermo de frenesi in qua eſt permixtio rationis qz differentia eſt inter ſtoliditatem ⁊ amentiam ⁊ permixtionem rationis vel alienationem mentis. qz ſtoliditas eſt actio diminuta virtutis cogitatiue ⁊ fit a frigido. Amentia eſt ablatio virtutis cogitatiue ⁊ ſimiliter fit a frigido vt plurimum licet enim fieri poſſet a calido cum ſuperfluit ⁊ deficit actu p̄ parte virtutis. Sed alienatio mentis eſt actio corrupta. vt quando imaginatur videre muſcas ⁊ alia extra que nō ſūt ⁊ fit a calido excedente quando non deficit actum p̄opriae virtutis. ¶ Almanſor.

¶ Ego igitur anteq̄z predicta compleant accidentia eſt ſubueniendum ex ſanguinis detractione ⁊ ventris ſolone cum ſucco fructuum. Nutrimentum vero eius ſit aqua ordei ſemel aut bis in die ſumpta ſm conſuetudinem quam in tempore ſanitatis habuerit. Caput autem ex oxiro dino infundendum erit. Cō ſi multe affuerint vigilie ſumat violarū ſiccarum. corticum papaueris al. ordei excorticati. ſe. lactucarū. radicis mandragore oīuz añ. ℳ. i. que oīa in cucuma plena aqua tam diu coquant donec aqua rubeſiat. deinde aqua illa dum eſt tepida ab alto ſup caput fundat. ⁊ ſit caput ſuper ciminile in quo aqua colligat: que in cucuma poſita iterum ſup caput fundat. hoc autem omni die multotiens fieri cōuenit. Caput preterea muliebri lacte admixto iungendū erit qō etiam in coto poſitum capiti eſt ſuperponendum. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curā frenesis ⁊ diuidit in quatuor. Prio ponit curam per euacuationem. Secundo per dietam. Tertio per localia. Quarto iterato per euacuationem. Secunda ibi (Nutrimentum vero) Tertia ibi (Caput autem) Quarta ibi (Cum autem eger). De prima dicit ꝙ ergo ē ſuccurrendum anteq̄z predicta accidentia confirment per ſubtractionem ſanguinis ⁊ per euacuationem per ſeceſſuz factam cum ſucco fructuum. ¶ Notandum ꝙ ſi a ſanguine fiat frenesis. tunc fiat ſubtractio ſanguinis flebotomādo cephalicam extrahendo vſq; ad ſincopi excluſiue. vt euacuetur materia peccans ſi virtus cōſtiterit. ⁊ hoc debet fieri anteq̄z confirmetur quod eſt ad tres vel quatuor dies. Si tamen confirmatur. hoc eſt poſt quatuor dies conueniens eſt vt fiat flebotomia de vena frontis vel naſi. qz per hanc magis euacuatur materia peccans i capite. fit ēt ſubtractio ſanguis prouocando fluxum ſanguinis narium. fit etiā ſubtractio per ventoſas poſitas in ſpatulis. ⁊ hoc debet fieri qñ non pōt fieri flebotōia. ¶ Notandū ꝙ ſi frenesis ſit a colera euacuatio dz fieri vel per aſſumpta p os vel p cliſtere. Cliſtere erit tale. ℞. lactucar ūd uncium. ℳ. ij. ordei mundi. ℳ. ſ. folioꝝ malue: mercurialis: violarie añ. ℳ. ij. folioꝝ neufarum. ℨ. i. furfurum pugillū. i. olei violar. qr tam. ſ. caſie fiſtule. ℨ. i. diapruns. ℨ. ß. fiat cliſtere vſq; ad quartas. v. ſtomaco vacuo miniſtretur. Ad idē. ℞. violar. ℨ. ij. maluarum. ℳ. i. pruno:um lb. ſ. bulliant ⁊ in aqua accipiatur ex aqua illa. lb. i. ⁊ diſſoluantur in ea. ℨ. i. tamarindorum. mane. ℨ. ij. zuccari violar. ℨ. ij. olei violar. ℨ. iij. ſalis. ℨ. ſ. facta mixtura omninm coletur ⁊ tepidum impōat. Dz euacuatio ſumpta per os eſt. ℞. tamarindorum. lb. i. bulliantur in lb. ij. aque vſq; quo veniat ad lb. i. ſ. coletur ⁊ ad miniſtrentur. ℨ. v. prio vice. prima valet non ſolū euacuando ſed etiam alterando. Ad idem. ℞. mane. ℨ. i. ſ. diſſolnatur illa cum. ℨ. iiij. aque decoctionis pruno:um colet illa aqua ⁊ detur ante diem. Sed ſi materia fuerit aduſta addatur cum prunis in decoctione aque ſene fumiterre epithi. añ. ℨ. ij. polipodij. ℨ. ſ. ⁊ cum illa diſſoluantur manna ⁊ tamarindi. Ad idem. ℞. mirobolanorum citrinorum. ℨ. i. ſ. pruno:um. ℨ. ij. piſtentur ⁊ bulliant in aqua donec medietas ſit conſumpta. coletur ⁊ colature addatur. ℨ. ij. ſiropi roſ. detur ante diem. Si āt materia fuerit aduſta: loco mirobolanoꝝ citrinorum ponantur cum prunis in decoctō ne. ℨ. ij. mirabolanorū indorum. ⁊ ſuperaddantur cuz boc ſene ⁊ epithi. añ. ℨ. ij. ⁊ cum ſiropo dicto detur vt prius.

Ad idem. ℞. renbarbari. ℨ. ij. aque decoctionis pruno:ꝝ ℨ. iiij. puluerizā renbarbarū. ⁊ pone in illa aqua. tunc addatur cū illis ſiropi vio. ℨ. ij. dimittat totū ſic p. xij. horas colatur ⁊ det ante diem. Si āt materia fuerit aduſta ponat in decoctione cū prunis ſene epithi. polipodii. añ. ℨ. ij. ¶ Tertio nota ꝙ poſt talē enuacuationem ſecure pōt fieri flebotomia de cephalica que eſt in manu in curuatura brachij vel vētoſatio in cruribus vel in ſpatulis vel apertio ſaphēe. p nocatio hemoꝛoidaꝝ. qz iz materia ſit colera tamen p illaz inflāmatur ſanguis. ideo ⁊c. (Nutrimentum vero ⁊c.) Hic ponit curam per dietam. ⁊ dicit ꝙ dieta debet eē talis qz debet ſumere aquam ordei ſemel vel bis in die cum cōſuetudine que erat tempore ſanitatis. Notandum ꝙ ratio predictorum eſt qz frenesis eſt egritudo valde acuta rōne materie. ⁊ accidentium vnde non debet diſtrahi natura a cibo. imo debet eē intenta circa digeſtionem materie. ideo competit dieta ſubtilis. ſicut aqua ordei. Similiter valet qz infrigidat ⁊ humectat. laxat ventrem ⁊ opilationem aperit ⁊ multa inuamenta facit. Simiſr valet ſuccus granatorū vel panis ter in aqua lotus. Notanduz. ſcdo ꝙ patiens frenesim poteſt etiam cibari lactucis ⁊ portulacis conditis cuz aceto vel agreſta vel cum cucurbi. coctis conditis cū agreſta. ⁊ ſi eſſet debilis cum carnibus pullorū vel edi curatis cum predictis herbis. vel cuz papauere ⁊ berberis ⁊ granis granatorū ⁊ agreſta. (Caput autē). Hic ponit curā p localia ⁊ diuiditur in tres ſm ꝙ trina ponit remedia. Secūda ibi. (Cō ſi multe). Tertia ibi (Caput ꝑterea) De prima dicit ꝙ caput debet embrocari cum oxirodino ⁊ medicamine infrigidatiuo in quo ponitur acetum ⁊ oleū roſatū Notandum ꝙ ratio dicti eſt qz tale medicamen eſt infrigidatiuum ⁊ remotiuum male complonis calide inducte a mala materia. qz a colera peccante. Scdo competit qz prohibet aſcenſum vaporū ad caput. ⁊ ideo tale ſolum competit materia exiſtente in fluxu. Secundo notandum ꝙ i materia ſanguinea medicamē ponitur infrigidatiuum tale. ℞. ſucci plantaginis lb. i. aque roſa. quartā. i. aceti. ℨ. i. miſce ⁊ capiantur ſtupe canabine infuſe in iſtis ⁊ compreſſe ponantur in anteriori parte capitis Ad idem. ℞. ſuccum virge paſtoris. vel ſuccū barbe bircine. vel ipoqſticados. vel ſuccū acetoſe. Sed in freneſi a materia colerica infrigidatiuuz debet eſſe humectatiuum. ſ. ℞. ſucci lactuce dulcis quartiſ. v. aque. ro. quartis. v. aceti. ℨ. i. miſce. (Cō ſi multe. hic ponit ſecundum locale conueniens in cura frenesis maxie in-

tendendo ad vigilias ⁊ dicit ꝙ si vigilie fuerint multe sumā
tur viol. ficcarum. corticorum papaueris al. ordei excortica
ti lactuce dulcis seminis eius corticum mādragore añ. M.
i. bulliant in aqua deinde embrocet caput. multū valet hoc
quia prouocat somnū. fiat multotiens vt fortior fiat impres
sio. ¶Notandum ꝙ somnus potest prouocari cum ab extra
applicatis ⁊ ab intra. Sed applicatorū ab extra. quedā ap
plicantur capiti ⁊ quedam collo. quedam testiculis ⁊ que
dam pedib⁹ ⁊ brachijs. Applicata capiti hec. ℞. lactis mu
lieris puellam lactantis quart. i. ʒ. vitella quatuor ouorum
fortiter agitatorum farine papaueris al. quod sufficit misce
ad modum vnguēti fluxibilis. Ad idem. ℞. cassie lignee.
ʒ. i. opij thebaici. ʒ. ii. croci. ʒ. i. fiat pulvis ⁊ incorporetur cuz
modico aque ros. ⁊ aceti ⁊ liniantur tempora ⁊ est forte ⁊
expertum Et applicatur collo. ℞. aque frigide. aque ros.
añ. ʒ. iij. aceti. ʒ. i. ʒ. infundatur pannus lineus duplicatus
hoc facit infrigidando cerebrum applicatum testiculis. ℞.
aque ros. ʒ. v. aceti. ʒ. i. ʒ. infundatur pānus lineus ⁊ appli
cetur testiculis ⁊ mulieribus sub māmillis. ⁊ valet qz illa
mēbra sunt nervosa ⁊ infrigidata infrigidant cerebruz ⁊ sic
prouocant somnū. Applicantia pedibus brachijs ⁊ crurī
bus. ℞. decoctionis herbarum frigidarum sicut foliorum
salicis nenufa. viol. vitis lactucarū abluantur tibie ⁊ bra
chia. Ad idez. ℞. terre sigilla. quar. i. ʒ. malaxetur cū aqua
ros. ⁊ parum aceti ad modum vnguēti vngatur planū pe
dum ⁊ manuum ad intra. Iu forma confectionis applica
te. ℞. conserue viol. conserue nenufarū. ana. ʒ. ʒ. seminis
papaueris albi. iusquiami. añ. ʒ. i. ʒuccari al. quantum suffi
cit. conficiantur ⁊ detur cum aqua ordei vel aqua cocti. ⁊ ē
experimentum alexandri. Ad idem. ℞. seminis lactuce. se
minis papaueris al. añ. ʒ. ʒ. ʒuccari albi. ʒ. 4. fiat targea gros
sa. vel pulvis addatur seminis endiuie seminis portulace se
minis zinzib. seminis iusquiami. ana. ʒ. i. sed additur zinzi
ber. vt virtus medicine melius penetret ⁊ citius Ad idem
℞. diapapaueris. ʒ. ʒ. Ad idem. loc de papauere in forma
potabili. ℞. sirupi de papauere vel nenufarum. ʒ. i. ʒ. cuz
aqua ros. vel aqua ordei. Ad idem. ℞. lactuc. papaueris
al. ʒ. 2. aque ros. vl aq̄ ordei. ʒ. ʒ. (Caput preterea). Po
nit tertium locale ⁊ dicit ꝙ caput debet inungi oleo violato
admixto lacte mulieris puellam lactantis infundendo cor
tum in illis ⁊ supponendo. Ratio qz alterant malam com
plexionem. Et si hoc proiiciatur in nares est mirabile. Ad
idem inunctio facta cum oleo rosa. vel de salice vel de ne
nufare vel de papauere vel de populeon in quo sit aliquid
aceti vel de mandragora vel de iusquiamo. Ad idem. ℞.
olei mandragore. ʒ. i. . opij thebaici. ʒ. . misce ⁊ ponatur
intra nares. Secundo notandum ꝙ predicta marie valent
materia existente in fluxu sed materia existente flura cōue
nit resolutiuum. Et vnum est scindatur catulus lactāſ ⁊ eui
sceretur ⁊ ponatur actu calidus supra anteriorem partem
capitis. Ad idem. ℞. pulmonem arietis calidum ⁊ appli
cetur parti anteriori ⁊ si infrigidatur ponantur in aqua cali
da ⁊ intra manus comprimatur ⁊ iteruz applicetur ⁊ hoc
fit multis vicibus. Aliud ad idem in forma confectionis.
℞. florum camomille aneti maiorane rosa. añ. M. i. bul
liant in aqua ⁊ fiat embrocatio. Ad idem. ℞. viola. an
thos melliloti foliorum lauri añ. M. i. bulliant ⁊ fiat vt p̄
dixim⁹.

Almansor.

¶Cum autem eger in principio huius egritudi
nis in virium fortitudinem permanere inuent⁹
fuerit: minuendus erit nisi super infirmuz tunu
eris. Postq̄z eius egritudo minui ceperit ne
quaquaz minuatur. Nō si eius virtus iaz disso
luta fuerit ex alio regimine preseruetur donec
euadat.

Syllanus.

¶Hic reuertit adponendum curā frenesis per flobotho
miam ⁊ diuiditur in duas. Primo quādo est egritudo in
principio. Secundo quando est in declinatione. Secunda
ibi. (Postq̄z vero). De prima dicit ꝙ vbi eger reperiat
cum fortitudie virtutis i principio debet flobothomari nisi
fit timor de infirmo. ¶Dubitatur vtrum in principio fre
nesis competat flobothomia. Videtur ꝙ non per Auice.
quarta primi. ca. de flobothomia circa principium. dicit eni
ꝙ in principio flobothomia penitus dimittatur. qz humo
res subtiliat ⁊ fluere facit. ⁊ sanguis admiscetur eis. ⁊ est
cum nihil euacuatur ex eo qō euacuari oportet. ¶In op
positum est Raſ. Dicendum ꝙ in aliquibus casibus potest
in principio competere flobothomia. Primus casus est
quando humores peccant sua quantitate. propter hoc ve
rificatur aforismus ille secunde particule. inchoantib⁹ mor
bis ⁊c. Secundus casus est magnitudo morbi vt in apo
stemate sicut in squinantia frenesi pleuresi ⁊ huiusmodi vt
prohibeatur fluxus ad locum apostematum ⁊ per conse
quens augmentatio apostematis. Tertius casus est quan
do materia est furiosa tunc enim non expectatur digestio.
¶Ad ani. dicendū ꝙ intelligit vbi materia peccat non sua
quantitate. vel vbi non est furiosa vl nō fit magnitudo mor
bi ⁊ apostema. vel aliter. ꝙ auic. loquitur ibi de eradicati
ua. hic vero est sermo de minorativa. (Postq̄z vero). hic
ponit curam frenesis in declinatione ⁊ dicit ꝙ si egritudo
fuerit in declinatione non competit flobothomia. Ratio qz
signum est ꝙ natura habet dominium supra materiam in
resoluendo vel in euacuando. Sed natura non indiget au
xilio nisi cum non potest dominari morbo. Secundo prin
cipaliter dicit ꝙ si virtus sit debilitata nō cōuenit flobotho
mia. sed cōuenit preseruatio cum alio regimine. Ratio qz
debilitas virtutis prohibet ab euacuatione. Notanduz ꝙ
dictum Raſ. debet intelligi de vera frenesi absolute. qz si
in frenesi in declinatione essent signa dominij sanguinis vt
repletio venarum. posset concedi flobothomia. Secundo
notandum ꝙ debilitas virtutis est duplex. quedam pueit
ex repletione ⁊ dicitur debilitas virtutis accidentalis. ⁊ hec
non prohibet ab euacuatione. Et alia est debilitas que pro
uenit ab euacuatiōe ⁊ dicitur essentialis ⁊ talis prohibet ab
euacuatione. ad propositum est sermo de secunda debilita
te ⁊ virtutis. ¶De appoplexia. ¶Syllanus.

Nōdū circa rubricaz. Primo. appoplexia sic
diffinit ab auic. prima tertij. appoplexia ē ocio
sitas mēbrorū cum priuatione sensus ⁊ mot⁹
propter oppilationez contingentē in omnibus
ventriculis cerebri ⁊ in curſibus spūs sensitiui
⁊ motiui. ¶Secundo notandū ꝙ appoplexia duo iportat
. s. accidens qō est nocumentū in sensu ⁊ motu qō est pri
uatio sensus ⁊ motus. ⁊ quantum ad hoc dicit ociositas. i.
priuatio sensus ⁊ motus. secundo appoplexia iportat egri
tudinis essentiam que est cā huius accidentis ⁊ ē oppilatio
⁊ quantū ad hoc dixit propter oppilationem contingentē.
Ratio patet quia appoplexia est morbus officialis quia op
pilatio potest dici morbus cōsimil. qa complexio mala fri
gida vel calida sc̄dm ꝙ causa faciens oppilationem causat
malā complexionem calidam vel frigidam ⁊c. ¶Tertio
notandum ꝙ cause applie sunt tres. s. primitiue anteceden
tes ⁊ coniuncte. Primitiue sunt res non naturales materi
am multiplicantes in cerebro. s. sanguineam vel flegmati
cam vt magna crapula. potus nimius vini. superflue vigi
lie. debilitas cerebri. potus aque. aer frigidus ⁊ humidus
pluuie ⁊ venti. Causa antecedens est flegma vel sanguis
non oppilans ventriculos cerebri actu aptus tamen oppi
lare. Causa coniuncta sunt illimet humores qnando actu
oppilant ⁊ tunc est deterius. aliquando non ⁊ tunc est mi
nus malum.

Almansor.

Cum aliquis quasi dormiēs iacet ⁊ sine
somno stertit ⁊ cuz pungitur non sentit
tūc iam patit appoplexiā. ¶Syllanus.

¶Hic determinat de applia. ⁊ diuidit in quatuor. Pri
mo ponit signa applie. secundo distinguit appliam quantū ad
suas spēs. Tertio determinat de applia quantū ad termi
nationem Quarto psequitur ponendo curā. secunda ibi.
(Est autem). Tertia ibi. (hec quidem passio). Quarta
ibi. (Cum ergo ista). De prima dicit ꝙ quando illa signa
apparent. Primum ꝙ quasi dormiens iacet aliquis. scōz

De apoplexia

¶ Hic determinat de spasmo ⁊ diuiditur in tres. Primo ponit signa. Secundo notificat species spasmi. Tertio ponit curā. Secunda ibi. (Spasmus autē.) Tertia ibi. (Ex spasmo.) De prima dicit q̄ quādo aliquod membrū contrahitur ⁊ redit versus suum principiū. s. versus cerebrū. vel si plura membra sic disponātur dicendum est q̄ fit spasmus. ¶ Notandum cā quare fit contractio in spasmo est propter mām grossam contentā in nervo que dilatat nervum ⁊ abbreuiat fm longum. ¶ Secundo notādum q̄ signa spasmi de repletione sunt. q: talis aduenit subito ⁊ apparēt signa repletionis. Ex signa spasmi de inanitione sunt. q: fit paulatim ⁊ ex successiōe egritudinum euacuātium. ⁊ successione euacuatōnis facte per medicinā vel per se. ⁊ sic de alijs causis. ¶ Tertio notādum q̄ signorum spasmi. q̄ dam sunt pronostica ⁊ quedā demonstratiua. Pronostica sunt vt tremor ⁊ stupor membri. diminutio motus per longum tempus. Demonstratiua sunt vt actualis contractio nervorum versus suā originem cum ineptitudine dilatatiōis. Quedā sunt signa salutis vt receptio motus membri ⁊ dilatatio eius. (Spasmus autez.) Hic ponit species spasmi dicēs q̄ spasmus quidā fit subito quidā paulatim. ¶ Notāduz q̄ spasmus diuiditur dupliciter. Primo penes figurā ⁊ sic est triplex. Primus in quo nervi cōtrahūtur versus partem domesticā vel āteriorem. ⁊ est quādo nocumentum est in partibus anterioribus ⁊ vocatur antistonus. Secundus est in quo contrahuntur nervi versus partem posteriorem vel siluestrem ⁊ est quādo nocumentum est in nervis partis posterioris ⁊ vocatur prostonus. Tertio est in quo contrahūtur ex vtraq̄ parte ⁊ tunc mēbrum stat erectum. ⁊ est deterior ⁊ difficilioris curē ⁊ vocatur thethanus. ⁊ pro tāto auctores faciūt capitula distincta. Secūdo modo diuiditur spasmus fm cām. ⁊ sic sunt tres species spasmi. Una est ex repletōne. s. ex humore imbibito in porositatibus nervorum vtplurimum flegmatico ⁊ aliquādo ē dispersus ⁊ aliquādo aggregatur in vna pte

& fit apostema. Secunda species ē ex inanitione & fit ex trā sumptione humiditatum substātialium membrorum paulatim. Tertia species est a rebus inducentibus nocumentum in mēbris subito & dicitur non proportionatus ad materiā & tunc in generali sunt quatuor. Prima est fortis frigiditas introducta in nervis & reducitur ad spasmū de inanitione. Ratio qr illa frigiditas cōdensat humiditatem nervorum & sic eā minorat. & similiter etiam in illa condensatione aliquid de humiditate exprimitur & fluit ad extra & sic minorat. Aliqui tamen reducunt ad spasmum de repletione. Secunda causa illius spasmi sunt vermes mordicantes os stomachi inducendo nocumentum vnde virtus sentiens contrahitur & ille reducitur ad spasmum de inanitione qr ratione contractionis aliquid effluit. Tertia causa ē morsus animalis venenosi & reducitur ad spasmum de repletione: qr humiditas mala causata ab illo animali imbibitur in nervis. Quarta vero cā est dolor: qr virtus sentiens nocumentum contrahit nervos & talis reducitur de per se ad spasmum de inanitione: qr cuz nervi contrahuntur: tūc pp dolorem aliquid effluit de humiditate nervorum sed p accidens reducitur ad spasmū de repletione. ratio qr ad locuz doloris humores ibibunt i nervis. ¶ Almansor.

¶ Spasmo autem subito euenienti eadem preparanda est cura quam in paralisi conferre diximus. In eo tamen fricatione manuum & inunctiōe ex oleo costino plꝰ vtimur. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curam spasmi. Primo de repletione. Secūdo de inanitione. Secunda ibi. (Spasmus vero.) De prima dicit ꝙ in spasmo de repletōne. primo convenit cura talis qualis convenit in paralysi. Secundo dicit ꝙ in cura spasmi dicti debemus vti plus fricatione manuum & vnctione ex oleo costino. ¶ Notādum ꝙ ratio primi dicti est: qr eadem est quasi materia vtriuscz scilicet flegma imbibituz in porositatibus. Ratio secundi dicti est: qr materia spasmi est grossa: ideo tarde resoluitur ideo idiget medicinis fortibus. ¶ Secundo notandum ꝙ spasmus de repletione & paralisis conveniunt in cura: quantum ad ea que approximantur ad intra: qr eadem sunt medicine digestiue & solutiue. Sed differunt quantum ad ea que applicantur ad extra. qr in paralisi solum conveniunt resolutiua. qr materia ē fluida subtilis: & nō timetur ꝙ remaneat grossum & remoueat subtile. Sed in spasmo de repletōne: quia materia est grossa & viscosa. primo vtendum est mollificatiuis. deinde resolutiuis. qr si econtra fieret. resolueretur subtile & remaneret grossum & putresceret. ¶ Tertio notandum ꝙ vnguentum mollificatiuum competēs in cura spasmi est. ℞. mucilaginis. fenugreci. seminis lini. añ. ʒ. ij. butiri sine sale. assungie anatis añ. ʒ. i. cere modicū. liquefiant liquefienda. Et misce & fiat vnguentum resolutiuum dictum in capitulo de paralisi ita ꝙ vtatur per duos dies vnguento mollificatiuo deinde vnguento resolutiuo per duos dies. & sic vadat continuando donec materia sit resolutiua. Ad idem valet cerotum isopi. ¶ Ad idem cerotum diateseron. ¶ Isto tandum quarto ꝙ vnguentum resolutiuum competens ē vnum mesue quod incipit Cerotum aliud fortissimuz eiusdem virtutis ad dissolvendū articulorum duricies. ¶ Ad idem vnguentum aragon descriptione nicolai. ¶ Ad idez vnguētum marciaton descriptione nicolai. ¶ Ad idem vnguentum de bdellio mesue. ¶ Ad idem vnguentum filagrij mesue. ¶ Quinto notandum ꝙ emplastrum mollificatiuum competens in cura spasmi est. ℞. emplastrum ceroneum descriptione nicolai quod sufficit ad quantitatem membri. mollificat enim multum duriciem splenis. malaxetur cū oleo sisamino. sed apparet mihi ꝙ hoc emplastrū fit resolutiuum vt vult nicolaus. ¶ Ad idem ad mollificandum valet emplastrum de melliloto. ¶ Ad idez valet diaquilon. ¶ Ad idem valet ablutio hec. ℞. seminis fenugreci seminis lini seminis aneti añ. quartam. i. sumitatum malue bismalue barbe ireine añ. M. i. conquassentur. fortiter bulliant in lb. iiij. aque donec redeāt ad lb. ij. coletur & de cotatura fiat ablutio membri. & postea fiat ablutio resolutiua dicta in. c. de paralisi vel vno die mollificatiua alio die resolutiua. ¶ Sexto notādum ꝙ eodem modo potest fieri de balneo qr cōuenit primo mollificatiuum factum de herbis predictis. sed in pluri q̄titate. deinde resolutiuum dictum in. c. de paralisi. ¶ Ad idem valet hoc quod est secretum resolutiuum. ℞. seminis aneti conquassati lb. iiij. caniculuz vulpis euisceratum vnum. buliat in sufficiēti q̄titate aque vsqz ad ossium separationem. fiat balneum in illa aqua vel ablutur membrum. ¶ Septimo notandum ꝙ pinguedines maxime appropriate in cura spasmi sunt arungia vulpis leonis. ¶ Octauo notādum ꝙ in cura spasmi de repletione valet pellis vulpis portata. ¶ Almansor.

¶ Spasmus vero qui nō repente sed suauiter accidit post febrem aut post multam ventris solutionē: aut multū vomitū: aut sanguinis fluxū malus & est vix curabilis. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curam spasmi de inanitione. & dividitur i duas. Primo ostendit quomodo se habet ad curandum spasmum de inanitione. Secundo prosequitur ponēdo curā. secunda ibi. (Quicqd tamen.) De prima dicit ꝙ spasmus. qui non fit subito sed paulatim succedens ad febres vel ad euacuationes per secessum vel per vomitum vel per fluxum sanguinis talis est malus & vix curabilis. ¶ Notandum ꝙ spasmus de inanitione potest considerari dupliciter. Uno modo in suo principio. & sic est curabilis cum remediis applicatis. Ratio qr virtus in nervis adhuc nō est debilis sicut & ethica in principio ē facilis curationis vt auic. prima quarti. Secundo potest considerari spasmus de inanitione quātum ad processum. & sic non est curabilis. ratio qr consumpta est humiditas naturalis & facta est etiam resolutio caloris naturalis & spiritus. vnde virtus ē nimis debilitata. Ad propositū hic intelligitur secūdo modo. ¶ Secundo est notādum ꝙ spasmus sequens ad febrem est duplex. Quidam est de inanitione vt quando febris consumpsit humiditates substantiales membrorum. Quidam est spasmus de repletione vt quādo febris est solum potens ad dissolvendum humiditates & non ad resolvendum. sicut sol agens in glaciem dissoluit ipsam. Ad propositum hic intelligitur primo modo. ¶ Almansor.

¶ Quicquid tamē accidit ei mederi incipiem⁹. Egro nāqz ordei aquam & iura vnctuosa & mollia ministrabimus: & in aquam dulcem tepidam ipsuz mittemus: & inungemus ex oleo viol. tepido & oleo de seminibus cucurbite: & pcipue neruorum radices in quibus spasmus existit. In tina quoqz diu moretur & ex oleo viol. inungant. De vino bibat patiens parū: quod tamen multum habeat aque admixtionez & cibis nutriatur humidis. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curam spasmi de inanitione quando est curabilis. & dividitur in quinqz partes. Primo ponit curā per potum aque ordei & per iura vnctuosa. Secundo per balneum. Tertio per vnctionem. Quarto per balneuz & vnctionem iterato. Quinto per dietam ptes patebūt. ¶ De prima dicit ꝙ in cura debemus incipere dare aquaz ordei & iura vnctuosa & liquida. ¶ Notandum ꝙ ad nutrimentum competens spasmo de inanitione quinqz conditiones requiruntur. Prima ꝙ sit facilis digestionis. qr virtus est multum debilis. Secūda ꝙ sit facilis penetrationis qr vie sunt multum stricte propter defectum humoruz & spirituum. qr ibi ē oppilatio attenuatoria. Tertia ꝙ sit multi nutrimenti. qr scā ē deperditio humiditatis substātialis. Quarta ꝙ tale nutrimentum sit alteratiuum. qr in membris est maxima siccitas & vtplurimum caliditas. & ideo debet eē vtplurimum infrigidatiuum & humectatiuum. Quinta ꝙ sit consolidatiuum vt fiat melioz adherētia in partibus mēbri & si non habeat has totaliter saltem habeat aliquas vel

plures. ¶ Secundo notādum q̄ ex isto patet quare aqua ordei cōpetat. ratio q̄ est subtilis penetrationis ⁊ facilis digestionis. similiter est alteratiua q̄ est frigida ⁊ humida. ⁊ si coquātur in ea cancri fluuiales vel testudines nemorales vt vocēt auctores bene ablati erit boni nutrimenti ⁊ sic erit nutrimentum mirabile ⁊ perfectum q̄ hic sunt quinq̄ cō ditiones dicte. Sed quare cōpetunt infra vnctuosa: q̄ sunt facilis digestionis cito penetrātia ⁊ boni nutrimenti ⁊ multi vt aqua carnium ⁊ similia. ¶ Tertio notandum q̄ quānis sint multi liquores humidi qui conueniūt in spasmo de inanitione tamen inter cetera sunt quatuor que specialiter cōpetunt. prima ova sorbilia: q̄ sunt facilis digestionis ⁊ facilis penetrationis subtilis substantie ⁊ multi nutrimenti: ideo quasi totum conuertitur in nutrimentum. Secundus conueniens est vinum multum lumphatus: q̄ facilis digestionis facilis penetrationis multi nutrimenti ⁊ alteratiuū: ⁊ ideo valet in syncopi. q̄ cito regenerat spiritus ⁊ relenatur virtus. Tertius conueniens est aqua carnis que sic fit. Rp. gallinam minutim incisam. pone in vase vitreo ⁊ duo cochlearia aque ros. ⁊ vini. ⁊ claudatur illud vas ne possit exire fumus nec aliquis vapor. ⁊ ponatur i cacabo in quo bullit aqua ⁊ dpelli dz gallina vt tota substantia ⁊ remonea tur. Aliter potest fieri in debilitate valde magna. Habeat capo ⁊ assetur ad partem. ⁊ cum carnibus porcinis lardetur ⁊ cōtundatur multum cum torculari apothece ⁊ exprimatur. illud quod exibit aqua carnis dicitur. ⁊ si misceat cum aqua carnis ⁊ detur cum illa aqua est magis confortatiua. Similiter ⁊ melius. Ponatur capo in vino per diem ⁊ conteratur vt dictum est ⁊ ponatur in alembico ⁊ distilletur ⁊ illa aqua est multum confortatiua. ⁊ quando patiens est debilis addatur vnus vitelus oui ⁊ est res mirabilis. Aliter cum filo suspendantur membra pulli non multū pinguis in vase vitreo lato ⁊ claudatur optime orificiū vasis vt aqua bulliens non possit itrare ⁊ tunc dimittatur per tres horas vel circa. deinde aperiatur ⁊ succus q̄ egressus est coletur propter vnctuositatem. ⁊ tale dicitur distillatus ⁊ si ponantur florenī aurei. x. vel plures erit melius adhuc q̄ est magis cordialis aqua illa. Quartum conueniens est lac ⁊ inter alia est lac mulieris. deinde asininum. deinde caprinum. causa q̄ est facilis digestionis facilis penetrationis ⁊ subtilis nutrimenti consolidatiuum ratōne caseitatis. ⁊ si est possibile sumatur ex vbere ⁊ vas in quo ponitur lac ponatur in aqua calida ne corrumpatur propter aerē. ⁊ si eēt fluxus ventris lapides igniti vel calibs extinguant in ipso. ¶ Quarto notandum q̄ ad idem valet restauratiuum de carnibus cum speciebus quod cōmuniter fit per medicos Rp. carniū pulli vel hedi elixatarum vsq̄ ad quantitatem sufficientem. pistentur optime cum brodio ⁊ zucharo quibus addantur species infrascripte. Rp. cardamomi garioflorum cubebarum galange zinzib. nucis mus. dragaganti gūmi arabici añ. ʒ. i. macis croci añ. ℈. ij. ⁊ addantur cum istis speciebus. videlicet. Rp. amidi liquiricie vuarum passarum pinearum amigdolarum dulcium ⁊ mundatarum sebesten fisticorum seminis cucurbitarum melonum cucumerum papaueris al. seminis lactuce portulace añ. ʒ. ij. penidiarum ʒ. iiij. aque bugulose que sufficit ad infundendum zucharum. addatur melisse bugulose spodij sumach corticum citri dactilorum añ musci parum. conficiantur optime ⁊ ponantur in scatula ⁊ deaurentur. ¶ Aliud restauratiuum nicolai. Rp. liquiricie ros zucharī añ. ʒ. ij. dragāti gūmi arabici. añ. ʒ. ij. sandalorum alborum ⁊ ru. añ. ʒ. i. ℈. seminis papaueris al. ʒ. iiij. succi liquiricie amidi seminis lactuce scariole spodij añ. ʒ. i. garioflī. ʒ. ℈. seminis cinami zinzib. storacis añ. ʒ. ℈ croci. ʒ. ii. penidii. ʒ. iiii. seminis citrullorum cucumeris melonis cucurbite añ. ʒ. ℈. seminis citoniorum. ʒ. vi. penidiarum amigdalarum sebesten añ. ʒ. i. conficiantur cum firupo quantum sufficit zucharī. ℔. xii. (Et i aqua.) Hic ponit curam per balneum ⁊ dicit q̄ conueniens est vt balneetur in aqua tepida dulci. ¶ Notanduz q̄ ratio dicti est q̄ tale balneum humectat per viaz irrorationis vnde prohibetur resolutio humidi radicalis. Secundo q̄ dilatat poros. vnde nutrimentum potest melius venire ad membra. ¶ Secundo notandum q̄ mora in balneo debet esse quousq̄ vene incipiunt tumefieri ⁊ non vltra. q̄ tunc fieret resolutio ⁊ ideo medicus tunc debet esse presens. ¶ Secundo notandum q̄ loco balnei dulcis aque te pide competunt alia balnea. Primum est aque dulcis balneum in quo bulliant res frigide ⁊ humide vt flores nenufaris violarum ⁊ salicum. ⁊ si est nobilis ponantur res in sacculo ad decoquendum ne detur petur. Secundum balneum appropriatum est balneum lactis ⁊ est mirabile. q̄ sicut valet ab intra valet ab extra. Tertium balneum cō olei cōmunis ⁊ prevalet duobus balneis precedentibus. canēdum est tamen a caliditate ipsius. (Et inungemus.) Hic ponit curam per vnctionem dicēs q̄ debemus vngere radices nervorum ex oleo violato tepido vel ex oleo seminibus cucurbite ⁊ per illud intellexit sibi similia. vt oleum de seminibus ⁊ oleum de salicibus. ratio q̄ talis inunctio prohibet exiccationem. ¶ Notandum q̄ ad idem valet hoc vnguentum. Rp. assungie galline assungie anatis medulle vituli añ. ʒ. ℈. mucillaginis psilii mucilaginis dragaganti gūmi arabici añ. ʒ. iii. olei violarum olei nenufarum olei de salicibus añ. quartam. ℈. cere quantū sufficit. liquefiant liquefienda. misce omnia. fiat vnguētum quo vngatur tota spina dorsi licet possint vngi alia membra. (In tina.) Ponit iterato curam per balneum ⁊ vnguēta vt dictum fuit supra. (De vino.) Hic ponit curam per dietam dicens q̄ parū debet bibere de vino. quod tamē sit mixtum multa aqua. ratio patuit supra. Secundo dicit q̄ debet nutriri ex cibis humectantibus. ratio patet. ¶ Notandum q̄ aqua debet misceri vino anteq̄ patiens bibat per longum tempus vt fiat bona cōmixtio. ⁊ illa aqua debet esse bullita. deinde infrigidata. q̄ erit melior. ¶ Secundo notandum q̄ vinum potest fieri debile duob⁹ modis. vno modo per admixtionem aque. Secundo infundendo panem calidum in vino. ⁊ pro tanto per experiētiam reperitur aliquis qui non vellet bibere vinum in quo infunditur panis assatus. ¶ Tertio. Notandum q̄ rasis non ponit curam si sit spasmus proportionatus factus est punctura nervi. ¶ Curatur sic. ponatur desuper quasi fervens oleum de euforbio. ⁊ fiat emplastrū de euforbio oppoponaco piretro ⁊ castoreo ⁊ aperiatur locus ⁊ cauterizetur euacuatōne vniuersali precedēte. Si vero spasmus est proportionatus ad materiam fiat ex scorpionibus. aut animalib⁹ venenosis. detur tiriaca aut mitridatum aut alia medicina que valeat cōtra venenum. vt saluia aristologia rotūda zizania bacce lauri ⁊ similia. Si spasmus non proportionatus sit ex vulnere ⁊ dolore curari potest ponendo super locum ea que mitigant dolorem vt oleum de camomilla calidum oleum aneti ⁊ oleum de semine lini. ¶ Ad idem valet emplastruz de semine lini farina fenugreci florū camomille semine aneti ⁊ radice malvauisci ⁊ debet condiri cum oleis predictis ⁊ farina ordei. ⁊ debet poni actu calidum super locum ⁊ cē.

De epilepsia. ¶ Syllanus.

Notādum primo circa rubricam q̄ hec passio diuersis nominibus appellatur. aliquando. n. dicitur epilepsia ab epi quod est supra. ⁊ lesis lesio. quasi lesio partis superioris. s. capitis. Aliquādo dicitur morbus caducus q̄ facit cadere ad terram. Aliquando dicitur morbus lunaticus. q̄ quidam paroxismant secūdum motum lune. Aliquādo dicitur passio vel morbus infantilis q̄ cōmunicatur multum infantibus ⁊ pueris. Aliquando dicitur morbus herculeus propter sui fortitudinem ad similitudinē illius hominis qui hercules appellabatur. Aliquando dicitur morbus diuinus. vel q̄ a deo creditur fieri. vel q̄ locum diuinum possidet. s. caput. Aliquando dicit morbus pedicon ab impedita pedū operatione. q̄ in epilepsia pedes inordinate mouentur. Aliquādo dicitur ieranotbon a iera quod est sensitiuum. ⁊ notbos quod est nocens quasi nocens sensitiuis partibus. s. cerebro quod est membrū sensitiuum propter virtutes animales. Aliquando dicitur morbus cōmensalis. q̄ frequenter venit in conuiuiis plus ex inordinatione in cibis diuersis ⁊ vinis. vnde elevantur vapores ad caput facientes paroxismum epilepsie. ¶ De

De epilepsia

cundo notandum q epilepsia est egritudo prohibens mē/bra animata a sensa ⁊ motu ⁊ erectione non integre ꝓpter oppilationem contingentem in vētriculis cerebri ⁊ in meatibus spiritus animalis ita Auic. ait prima tertij. Aliter epilepsia est morbus officialis cerebri offendēs sensum ⁊ erectionem totī corpori cum perturbatione motus maxima ꝓpter oppilationem in ventriculis cerebri: nō principalibus. ¶ Tertio notandum q epilepsia dupliciter fit. Quedam est per causam propriam in cerebro ⁊ dicitur propie epilepsia. Quedam per cōmunitatem ad stomachum ⁊ dicitur analepsia. vel per cōitatem ad aliqd aliud extremoꝝ ⁊ dicitur catalepsia. ¶ Quarto notandum q epilepsie tres sunt cause scilicet primitiua antecedens ⁊ coniuncta. ꝓprimitiua sunt res non naturales multiplicantes materiaꝫ malam in corpore vel in cerebro. vel excitantes materiam malam vt cibi ⁊ potus. vel multitudo ciborum ⁊ potuum vt crapula ⁊ ebrietas: multitudo ciborum fumosorum vt cepe ⁊ allia ⁊ fructus: ⁊ dieta declinans ad frigidum ⁊ humidum: superflua quies: multus somnus. ⁊ alie res flegmaticum humorem multiplicantes. quia vtplurimum causa est flegma. sed etiam causa primitiua potest esse mala qualitas horribilis ⁊ fetida vētus australis dissoluendo ⁊ borealis cōprimendo. similiter suffumigatio galbani vel apij vel cornu caprini ⁊ sic de alijs rebus excitantibus. coadiuuāt etiam regio frigida ⁊ humida ⁊ etas scilicet infantie ⁊ complexio similis. Causa antecedēs est flegma vtplurimum. deinde melancholia. deinde sanguis. deinde colera licet raro. Causa coniuncta est malus vapor elevatus ab illis materia inducens nocumētum in capite. ratione cuius virtus sentiens nocumentum contrahitur ⁊ contrahuntur nerui. Et signum q causa coniuncta sit vapor est. quia paroxismus est breuis. quia si causa ꝓiuncta esset materia humoralis paroxismus duraret longo tempore quia humor non posset resolui nisi tempore longiori ⁊ hoc vtplurimū. ¶ Dubitatur vtrum epilepsia sit morbus vel accidēs. Dicendum q si in epilepsia cōsideramus malum motum spasmosum sic est accidens. sed si consideramus causaꝫ illius motus que est oppilatio ventriculorum vel viarum sic est egritudo. ¶ Et si queratur que egritudo dicatur. respondetur q est egritudo viarum ⁊ receptaculorum. ⁊ sic est morbus compositionalis licet posset dici cōmorbus similis considerando malam complexionem quam inducit materia faciens epilepsiam. ¶ Dubitatur secundo vtrum in epilepsia ex toto auferatur sensus ⁊ motꝰ. Arguitur q sic per Gal. tertio de interioribus. vij. c. sic dicentem. ⁊ alia huius passionis. s. signa ⁊ accidentia. qz compatiuntur nec vident nec audiunt nec aliquo sensu sentiunt neq memorantur neq intelligunt. Confirmatur per experientiam. qz videmus epilepticos esse sine sensu ⁊ motu. ¶ In oppositum est Auic. prima tertij. ⁊ Gal. in cōmento aforismoꝝ secunde particule. epilepticorum inuenibus. ꝓbatur p rationem. in epilepsia non est perfecta oppilatio nec cōpleta ergo non ex toto auferuntur sensus ⁊ motus. ꝓsequentia ē euidens in diffinitione. non integra oppilatio. ¶ Dicendū q prohibitio sensus ⁊ motus cōsideratur dupliciter. Uno modo in se. ⁊ sic quibusdā accidit ablatio sensus ⁊ motus. quibusdam est diminutio. ratio qz videmus aliquos epileptos ex pranitate paroxismi facere sine omni motu ⁊ sensu. vnde videmus aliquos nō recordari habuisse nocumētum. sed aliquos videmus habere leuem paroxismuꝫ vnde intelligunt ⁊ recordantur. ¶ Secundo modo prohibitio. sensus ⁊ motus epilepticorum consideratur in comparatione ad suam causam comparando ad appoplexiam. ⁊ sic sensus ⁊ motus i omni epileptico curabili a paroxismo est non integre prohibitus. ratio qz in epileptico nō est perfecta oppilatio. ¶ Sed diceret aliquis. quomodo ergo in aliquo epileptico sensus ⁊ motus esset ex toto ablatus. Dicendum q si oppilatio non sit integra. tamen illud parum quod est de spiritu sensitiuo ⁊ motiuo vadit ad membra. ⁊ illud quod est in ventriculis propter malitiam paroxismi non potest exercere operationes suas sensus ⁊ motꝰ vt patet. ¶ Sed statim diceret aliquis de quodam paroxismo apoplexie similiter dicetur. ¶ Dicendum q non. qz adhuc minus transit de spiritu in appoplexia q̄ in epilepsia ⁊ difficilius remouetur in apoplexia oppilatio q̄ in epilepsia ideo sensus ⁊ motus sub hac consideratione dicuntur magis lesi. ¶ Ad argumētum patet solutio. ¶ Dubitatur tertio vtrum humor anteq̄ conuertatur in ventositatem vel vaporem posset facere epilepsiā. Arguitur q non per auerois tertio quoli. vlti. ca. ¶ Et probatur per rationem suā qz si sic tunc epilepsia nō cito accideret ⁊ cito dissolueretur. consequens est falsum per experientiam. probatur ratione qz humor saltem flegmaticus non sic cito dissoluitur. Secunda ratio sternutatio non fit ex materia flegmatica nisi cōuertatur in ventum. ergo nec epilepsia. ꝓsequēs est Gal. in cōmento aforismoꝝ septime particule. sternutatio fit. consequētia patet. qz sternutatio est epilepsia parua. ¶ In oppositum est Gal. tertio de interioribus. c. vii. de epilepsia. ⁊ illud quod dictum fuit assignando causas epilepsie. ¶ Dicendum q fm plurimum humor non facit epilepsiam nisi cōuertatur in vaporem vt probat auerois. ⁊ alii doctores idem volentes. ¶ Secundo notandum q humor potest aliquando facere epilepsiam dato q non conuertatur in vaporem. ratio qz humor pōt stimulare virtutez cerebri ad expellendum. vel per qualitatem vel per quantitatem. ergo pōt esse cā vt cerebrum contractiue moueatur. ⁊ sic erit causa epilepsie, Ad auctoritatem auerois patet q vult fm dictum. Ad rationes. ad primam negatur consequentia. ¶ Ad argumentum dicendum q humor viscosus ⁊ grossus in membro latarum viarum pōt cito colligi ⁊ cito dissolui per viam eliquatōnis. casus enim flegmatis potest cito fieri ad ventriculos. similiter eius expulsio per palatuꝫ ⁊ nares potest cito fieri ⁊ cōmunicari nernis ⁊ terminari ad paralisim licet hoc fit raro. Ad secundam negat antecedens. Ad probationem dicendum q Gal. ibi erranit vel q intellexit fm plurimum. ¶ Dubitatur quarto. vtrum epilepsia fiat in senibus. probatur primo q sic per auerois tertio quolibet. c. vlti. dicit enim q qui patiuntur hanc egritudinem sunt calidi ⁊ humidi. sicut pueri. aut frigidi ⁊ humidi sicut senes. Secundo. in senibus ꝓtingit frequenter apoplexia. ergo ⁊c. consequentia tenet per simile antecedens est hypo. v. aforis. sexte particule. apoplexia maxime fit ⁊c. Tertio in senibus est materia grossa potēs facere oppilationem. ergo ⁊c. ¶ In oppositum ē auic. prima tertii. c. de epilepsia. ⁊ haliab. nono theorice. c. ꝓprio. ¶ Dicendum q epilepsia raro fit in eis. s. senibus ratio qz in eis est parum calor incitans ad expellendum materiaꝫ. vel ad colliquandum quod requiritur in epilepsia. ¶ Ad rationes ad primam negatur auerois. vel dicenduꝫ q loquitur de melancholia ⁊ nō facta oppilatiōe a materia flegmatica. Aliter q loquitur de epilepsia contractiua facta a vaporibus malignis que sepe fit in senibus ⁊ nō de epilepsia facta ab humoribus. Ad secundam rationem negatur consequentia. ratio qz ad appoplexiam nō requiritur calor motiuus. sed ad epilepsiam sic. Ad tertiam dicendum q non fit a materia grossa tantum. sed requiritur motor illius materie. s. calor ⁊ ille non est in senibus. ¶ Almansor.

Cum aliquis cadit in terraꝫ ⁊ torquetur ⁊ commouetur ⁊ intellectum amittit: dicimus ipsum epilepticum fore. Nō si spuma exit per os aut se cōmingit aut sperma egreditur aut egestio: passio tunc est grauior ⁊ vehementior. ¶ Syllanus.

¶ Hic determinat de epilepsia. ⁊ diuiditur in tres. ꝓprimo ponit signa. Secundo ostendit per signa quando epilepsia est difficilis. Tertio ponit curam. secunda ibi. (Nō si spasmus.) Tertia ibi. (Si autem.) De prima dicit q cū apparent ista signa. ꝓprimum q quis cadit in terram. Secundum q contorquetur ⁊ mouetur. Tertium q perdit intellectum arguimus ibi esse epilepsiam. ¶ Notandum q signorum epilepsie. quedam sunt pronostica. ⁊ quedaꝫ demonstratiua. ꝓnostica sunt vertigo scotomia incubus.

De epilepsia

Demonstratiua sunt illa que ponit raf. Verificatur primū qz in epilepsia prohibetur spiritus ne descendat ⁊ transeat ad membra vnde spiritus non potest regere corpus. Secunda causa est nocumentum subito eueniens in cerebro. quare virtus sentiens nocumentum fugit. ideo cadit i terram. Verificatur secundum. in epilepsia corpus contorquetur propter nocumentum aduenies subito cerebro. ⁊ qz non est facta oppilatio totalis. Verificatur tertium. qz illa passio infert magnum nocumentū cerebro propter malos vapores. vnde virtus animalis interior non potest suas opationes exercere. ¶ Secundo notandum ꝙ vltra signa dicta sunt alia signa. Primuz est citrinitas lingue ⁊ viriditas venarum sub lingua. sub lingua fit viriditas propter infrigidationem vel mortificationem sanguinis partium capitis. ⁊ qz pars grossior sanguinis continetur sub lingua apparet ibi magna viriditas que dicit citrinitas. ⁊ potest tamen verificari de citrinitate. Aliter qz in epilepsia propter nocumentum in anhelitu fit aliqualis inflammatio in spiritibus ⁊ sic colericatur ibi. vnde lingua sic tingitur. Secundum signum qz antecedit eum vt plurimum mutatio corporis a complexione sua. ideo qz ex hoc ipsa fit. Tertium est grauitas in capite scilicet cum est materialis ⁊ propter cuz irascitur. ratio qz ira cōmouet materias ⁊ facit eas magis ledere. Quartum est coartatio in motu lingue idest impedimentum in loquela. ratio propter nocumentum cerebri. Quintum somnia mala propter idem. Sextum obliuio propter frigiditatem complexionis cerebri vel propter humiditatem. Septimum panor de preteritis ⁊ timor de futuris propter paucitatē caloris ⁊ spiritus. vnde non sunt audaces. Octauum est constrictio pectoris propter nocumentum cerebri. Nonum est ira ⁊ acutas ire. ⁊ ita non propter seruorez sanguinis. sed qz est paucitas sanguinis ⁊ caloris ⁊ si fiat a flegmate ratione humiditatis faciliter fit impressio. qz quadam vilitate animi propter paucitatem caloris existimant se parupendi. ideo appetunt vindictā ⁊ ista cum signis rasis dicantur. ¶ Tertio notādum ꝙ signa epilepsie sunt fm diuersitatem causarum. Signa quando fit a sanguine sunt. Primum inflatio venarum que sunt in collo ⁊ gula. Scōm dispositio quasi prefocationis antecedit. Tertium signum grauitas ⁊ laxitas. Quartum multiplicatio saliue dulcis. Quintum signum rubedo cum fuscedine quadam in oculis ⁊ facie. Sextum vapor calidus sentitur in facie ⁊ capite. Septimum vrina videtur spissa ⁊ rubea. aliquando subrussa. Ratio patet intelligētibus. ¶ Signa quando fit a flegmate sunt vrina in qua apparet frequenter aliquid simile vitro liquefacto. Scōm salina spumosa multa ⁊ grossa. Tertium est panor ⁊ timor. Quartum albedo oculorum ⁊ corporis. Quintum pigritia ⁊ grauitas. Sextum obliuio: sed somnus quies etas complexio regio vsus rerum in preterito sunt notanda: qz iuuant ad significandum super materiaz egritudinis. ratio patet. ¶ Signa quando a melancholia sunt vrina pallida subtilis: turbatio sensus: furia desipientia color faciei ⁊ oculorum fuscus. sicitas lingue. paucitas humiditatuz regimen sine dieta multiplicatiua melancholie. tempus autumnale. Signa quando fit a colera sunt color citrinus in facie ⁊ in oculis. salina citrina. soliditas cum furia ⁊ motu. vrina rubea subtilis ⁊ acuta. siccitas lingue ⁊ fortis agitatio per lectuz. paroxismꝰ breuior. ¶ Signa quādo fit a vapore. sunt qz infirmus sentit tinnitum ⁊ motum elenationis vaporum ex aliquo mēbro ⁊ in mulieribus maxime immundis in matrice propter menstruum retentum presertim in monialibus viduis ⁊ virginibus ⁊ habilibus ad coitum. ¶ Signa quando sunt a vermibus sunt signa vermiū. scilicet concauitas oculorum odor qui sentitur ex eis. fricatio narium. obtenebratio faciei ⁊ oculorum palpitatio eorum. ¶ Notandū quarto ꝙ epilepsia quando venit propter causam propriam. signa sunt qz paroxismus aduenies non presentitur. continuus dolor capitis. grauitas ⁊ perturbatio sensuum. ratio patet. ¶ Signa quando per cōmunitatem sunt. qz presentitur paroxismus dolor sentitur in loco in quo est materia passionis. Et si est propter cōmunitatem ad miracb cū vētositate. si ab epate cum grauedine partis dextre. si a splene cum grauedine partis sinistre. si a renibus polluit se in paroxismo. si a vesica secum mingit. si ab intestinis emittit egōnes. si a matrice menstrua sunt retēta. ⁊ ita de alijs proportionabiliter. ¶ Quinto notandum ꝙ signorum epilepsie q̄dam sunt signa salutis. quedam sunt signa incurabilitatis. ¶ Signa salutis sunt parosismi presensatio. Si paroxismatus recordatur ⁊ verecundatur post paroxismum. sed raro aduenit paroxismus. si epilepsia proueniat ante iuuentutem. si proueniat ex malo regimine. ¶ Signa incurabilitatis sunt quando non p̄sentitur paroxismus. ⁊ quando multum durat paroxismus. quando non verecundatur nec recordatur post paroxismum. quando prouenit post etatem iuuentutis. quando sepe aduenit. quādo parentes sunt epileptici. (Qō si spuma.) Hic per signa ostendit quādo epilepsia est difficilis. ⁊ dicit ꝙ si spuma exit per os ⁊ secum mingit. i. emittit vrinam in actu paroxismi vel sperma vel egōnes tunc signum est ꝙ passio est praua ⁊ difficilioz. ratio qz tunc cogitur virtus expellere violenter tales superfluitates ⁊ sic euacuat eas irregulariter. ideo ⁊c. ¶ Notandū ꝙ in epilepsia fit spuma qz ibi fit difficultas in anhelitu. vnde dissoluuntur alique humiditates propter inflammationem que fit in membris spiritualibus quibus admiscetur aer ⁊ sic expellitur ad os. ¶ Almansor.

¶ Si aūt eger ante accessionē sentit quasi aliqō ex aliquo suorū membrorū eleuari ⁊ ascēdēdo caput petere: ⁊ deinde syncopizatur ⁊ cadit: tūc oportet in hora qua sentit illud ante q̄z illud accidat mēbrū qō p̄dixim⁹ a quo ꝓcedit fortiter ligare: ꝓhibebit nāq; hoc accessionē venire. In tpe vero getis corpus multotiens erit euacuā dum cum pillulis cochiis. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curam ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam. quando fit per cōmunitatem. Secundo quando fit propter causam propriam. secunda ibi. (Qō cuz epilepsia.) Prima in duas. primo ponit curam quando est per communitatem non determinando ad aliquod membruz. Secundo quando est per cōmunitatem ad stomachum. secūda ibi. (Eger vero.) Prima in duas. primo ponit curaz quando est in tempore paroxismi. Secundo quando in tēpore quietis. secunda ibi. (Tempore vero quietis.) De prima dicit ꝙ si eger ante accessionem sentit aliquod ex aliquo suorum membrorum eleuari ⁊ ascendere ad caput ⁊ cadit ⁊ syncopizatur. tunc oportet anteq̄z accidat illud mēbrum a quo fit illa cōmunicatio fortiter ligare. ratio qz hoc prohibet ascensionem. Secundo qz per ligaturaz fit diuersione vapores ascendant inducendo dolorem cum sanguine ⁊ spiritu currente ad locum doloris. ⁊ p ligaturā intelligit sibi filia. vt cōpressionē digitoz manuū vel pedū. fricationes ventosas super collū sine scarificatione. (In tpe vero quietis.) Hic ponit curā qñ est in tpe quietis ⁊ diuidit in duas. Primo ponit curā p euacuationē. scōo p localia. scōa ibi. (Et locus a quo.) ¶ De prima dicit ꝙ tpe getis corpus est sepe euacuādū cū pillis cochijs. Ratio qz tales euacuāt mām flegmaticā a cerebro faciētē epilepsiā sed dz fieri sepe. qz est egritudo cronica. ideo dz fieri paulatim ⁊ sepe. ¶ Notādū ꝙ in epilepsia p cōtinuatez ad aliqō mēbrū non solū est euacuādū cū pillulis cochijs imo dz admisceri cū eis medicina appropriata illi membro a quo cōicat illa materia. Verbi gratia si ꝓueniat a renibus vel vesica cum pillulis cochijs debet admisceri benedicta vt euacuet materia non solū a mēbro recipiente sed ēt a mādante. ⁊ si ꝓueniat ab epate apponat⁹ rubarbarum. si a splene lapis lazuli epithimum ⁊ sic de alijs. ¶ Secundo notandū ꝙ ante illas medicinas debent precedere sirupi digestiui cōpositi ex medicinis respicientibus membrum cui cōmunicatur. verbi gratia si ꝓueniat a matrice ex retētiōe mēstruoz debēt apponi appropriata ꝫ retētionē mēstruoz. vt rubea tinctoz ⁊ filia. ⁊ appropriata cerebro vt polū montanum

byssopus. Si a remb⁹ cõpetit saxifragia pipinella millefolij pentafilon ꝛ silia. ꝛ sic de aliis mẽbris. ¶Almansor.

¶Et loc⁹ a quo exorit passio ex sinapi ꝛ pipe ꝛ euforbio ac melle anacardi erit epithimād⁹: ꝛ ꝛ epithima dimittēdū erit donec vesicet ꝛ vesice rūpant: ꝛ aqua q̄ i eis ẽ collecta effluat: ipse quo qz nõ cito sunt ꝓsolidāde gnimmo dimittende: vt qđ in eis colligit emanet: deinde ꝓsolident: hoc enim huius egritudinis oĩno existit salus. Ad vltimū vero ventosas cū pua scarificatio ne supponere vtile est. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curam per localia: ꝛ diuiditur in duas. Primo ponit curam per vnum. s. epithima. Secundo per alid locale. s. per ventosas. secunda ibi. (Ad vltimū vero.) De prima dicit ꝙ locus a quo oritur passio dz epithimari ex sinapi pipere euforbio melle anacardo. Secūdo dicit ꝙ tale epithima debet dimitti super locum quousqz vesicetur ꝛ vesice rumpātur ꝛ aqua egrediatur. Tertio dicit ꝙ tales vesice non sunt cito consolidāde vsqueqo aqua egrediatur ꝛ vltimo debeñt consolidari: qz est certa cura egritudinis. ¶Notandum ꝙ in forma ponitur emplastrum sic ℞. seminis sinapis piperis euforbij subtiliter pulverizatorum añ. ʒ. i. mellis anacardi quantum sufficit ad incorporādum. misce omnia ꝛ fiat emplastrum liquidus vel massa. Secundo notandum ꝙ debet poni supra membrum ad quantitatē orobi vel fabe. Causa partis est causa corodendi vel cauterizandi locum ex quo sequitur euacuatio materie que erat causa huius passionis. ¶Tertio notandum ꝙ per illud cauterium raſ. intelligit alia cauteria siue actualia siue potētialia: ꝛ vnum in forma potest sic poni. ꝛ hoc ponunt ꝛ cõmuniter vtuntur practicantes. ℞. cantaridarum remotis capitibus ꝛ alis. ʒ. ij. mellis anacardi fermẽti añ. ʒ. i. aceti fortissimi quod sufficit ad incorporādum. pulverizanda pulverizentur. pone modicum supra membrum in mane donec fiat ampulla ꝛ postea perforentur cum acu ꝛ filo. ꝛ filum remaneat vt aqua possit exire ad placitum. ¶Ad idem. ℞. saponis nigri liquidi calcis viue pulverizate añ. ʒ. ij. misce. Ad idem ꝛ fortius. ℞. cantaridarum veterum calcis pulverizatarum añ. ʒ. i. succi affodillorum. q. sufficit ad incorporādum. misce omnia ꝛ fiat massa. Cauterium actuale fit cuz ferro vel auro exterius ignito. ꝛ per decem dies teneatur locus apertus vt materia expellatur perfecte sic ꝙ ponatur circuitus. ¶Quarto notandum ꝙ causa quare dz dimitti super locum donec vesicetur est. qz agens non inducit actionem in quocunqz spacio temporis. ideo debet stare loco ꝛ tempore sufficienti. ¶Notādum quinto ꝙ consolidatiuum cõmune est tale. ℞. aristologie rotunde radicum ireos sicce myrrhe olibani sarcocolle añ. ʒ. i. cerusse lote litargirij. per noctem infusi in aceto añ. ʒ. ß. olei ros. ʒ. iiij. cere. quod sufficit. pulverizanda pulverizentur. misce omnia ꝛ fiat vnguentum. (Ad vltimum.) Hic ponit curam per aliud locale. s. per ventosas ꝛ dicit ꝙ etiam vtile est super locum ponere ventosas cum leui scarificatione. Ratio qz euacuatur sanguis a membro ne fiat cõmunicatio ad cerebrum. sed debent poni ventose cum scarificatiõe panca. qz multum debilitaret membrum ꝛ post ventosas debet confortari. ¶Almansor.

¶Eger vero si ante accessionē nauseā aut tristiciaz aut cordis tremorē sentit. ꝛ deinde egritudinis accessio sequit: cogendus est multotiens vomere ex aliquo vomitu. Deinde pigraz in potu sepe accipere conuenit. Stomacho quoqz emplastrum ex spica ꝛ ros. ꝛ mastice ꝛ cortice thuris cum vino odorifico ponenduz est. Nutrimẽtuz vero eius totū taliter statuendum est vt paucarū fit superfluitatū: sicut caro frixa in sartagine: ꝛ caro cocta i gazol. ꝛ cibus q fit de aue quadaz que hz i palato dentes ꝛ vocat taguid ꝛ caro ō volatilibus ꝛ bedia. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curam epilepsie per cõmunitatem ad stomachum. ꝛ diuiditur in duas. Primo ponit curaz per medicinas. Secundo per dietam. secūda ibi. (Nutrimentū.) Prima in duas. primo ponit curam per euacuationem. secundo per locale. secunda ibi. (Stomacho quoqz.) Prima in duas. primo ponit curam ꝑ euacuationē ꝑ vomituz. deinde ꝑ secessum. secunda ibi. (Deinde.) De prima dicit ꝙ si eger sentiat nauseam ante accessionem seu tristiciā aut tremorem cordis. deinde sequitur accessio egritudinis dz cogi vt sepe faciat vomitum. ¶Notādum ꝙ vbi eger ante accessionem sentiat nauseam. arguit ꝙ epilepsia est ꝑ cõstitatem ad stomachū ꝛ tunc ratio partis est. qz ꝑ vomitū euacuat stomach⁹ a mala materia a qua vapores mali ad cerebrū eleuant. ¶Scđo notandum ꝙ medicina vomitiua pōt esse talis. ℞. radicū raphani siluestris in qua fit virtus elli. ʒ. ij. ꝛ sic fit. perforetur radix raphani ꝛ postea ponatur vnū frustum elli al. ꝛ stet ꝑ duos dies aut ꝑ tres. ꝛ deinde removeatur elleborus. qz tūc radix raphani retinet virtutem elli. ℞. ergo radicis raphani sic preparati. ʒ. ij. seminis atriplicis seminis rape añ. ʒ. i. assari. ʒ. ß. conquassentur ꝛ buliant in. lb̃. ß. aque redeat ad quartam. ꝛ coletur ꝛ addatur colatura zucheri. ʒ. ß. corticum sambuci rasi versus ꝑtem superiorem. ʒ. i. qz quando radix versus partē inferiorē ꝓuocat fluxuz ventris olei sisami. ʒ. ß. vel olei cõis loco eius aceti. ʒ. i. accoti. ʒ. i. misce ꝛ administratur in calidioi hora diei ꝛ sit tepidus ꝛ si ponatur in eo casu elli gra. v. erit fortior. ¶Tertio notandum ꝙ si vomitus non posset ꝓuocari qz materia declinat ad partem inferiorem stomachi. vel qz ẽt os stomachi sit forte. competit tale clistere ℞. radicis ireos. ʒ. ij. arist. rotunde. ʒ. ß. centaureē minoris mente abſinthij salute rute isopi polipodij montani manue mercurialis añ. M. i. seminis siseleos ameos seminis anneti dauci carui seminis basilici añ. ʒ. i. seminis peonie. ʒ. i. furfuris pugillum. i. mell elli quar. ß. salis cõis. ʒ. ij. hyerepigre. ʒ. vi. sicle. ʒ. i. fiat clistere vsqz ad quar. v. (Deinde.) Hic ponit curam per secessum ꝛ dicit ꝙ conueniens est in potu sumere pigraz. Ratio qz euacuat humores malos existẽtes in stomacho sine lesiõe vt anic. xiiij. tertij tract. v. de cura hydropis. quod nõ inuenitur i alia medicina iō est vtilis hydropicis. ¶Notandū ꝙ anteq̄ detur illa medicina laxativa debet precedere sirupus digestivus materie. ℞. radicis ireos radicis peonie corticum radicum feniculi añ. quar. ß. aristologie rotunde. ʒ. i. ß. interiox squille. ʒ. i. mente abſinthij añ. M. i. ß. polij montani isopi visci quercini vtriusqz salute vtriusqz rute añ. M. i. anisi marathri seminis peõie mũde añ. ʒ. i. seminis siseleos seminis basiliconis añ. ʒ. ß. liquiricie rase vuarum passarum mundatarum ab arillis añ. ʒ. i. flozum sticados arabici. ʒ. i. succi fumiterre vl̃ aque. ʒ. ii. mellis electi lb̃. ß. zucheri al. quar. iii. fiat sirupus sufficienter clarificatus vsqz ad. lb̃. i. ß. ¶Secundo notandum ꝙ pigra. Gal. ẽ valde debilis in euactione sua. ideo potest dari talis medicina post sirupuz. ℞. hyerepigre gal. ʒ. ii. ß. pulpe colloquintide bdelii añ. ℈. ß. ꝛ si patiens sit fortis. ℈. i. masticis. gra. iii. pulverizāda pulverizentur misceantur omnia malaxando cum succo abſinthii ad quantitatem cicerum detur in introitu lecti vel iam cena precedente. ¶Notandum tertio ꝙ post medicinam competit tale electuarium. ℞. margaritarum electarum ʒ. ß. galange interiorum cinamomi añ. ℈. ii. zedoarie. ℈. ß. coriandri preparatri coralli rū. añ. ʒ. i. nucis muscha. gariofi. cucube domestice grane tinctorum seminis anisi seminis feniculi añ. gra. xv. sandali aromatici masticis añ. gra. v. diaptami visci quercini seminis peonie munde añ. ℈. ii. corticum citrini conditi. ʒ. ß. candi. ʒ. v. carnium vuarum passaruz bene pinguiū. ʒ. ß. ꝑserue ros. rū. ꝑserue sticados arabici añ. ʒ. iii. aq̄ ros. ō damasco. q. ſ. zucheri albi. lb̃. ß. fiat electuariū ꝑ morsellos. Ad idē. ℞. pulueris diamẽte plueris diagalãge pulueris rosate nouelle añ. ʒ. i. ß. plueris pli

De epilepsia

ris fine muſco. pulueris diamargariton corãdri preparati corallii ru. añ. ʒ. ſ. corticũ citri cõditi. ʒ. ſ. candi. ʒ. v. carniũ vuaꝝ paſſarũ bene pinguiũ. ʒ. i. cõſerue roſ. ru. pſerue ſticados arabici añ. ʒ. ij. aque roſ. de damaſco quar. i. ʒucha. al. ib. i. ⁊ fiat electuarium. Ad idem ⁊ eſt ſecretum Gerardi quod facit ieiuno ſtomacho ⁊ p̃cedente purgatione. In aqua calida diſſoluãtur. ʒ. ij. maſticis electi miniſtret abſq; eo quod coletur totum tepidum. q; iter omnia ſtomachũ confortantia maſtix eſt elegantius. (Stomacho quoq;.) Hic ponit curam per vnum locale approximatum ſtomacho. ſ. per emplaſtrum. ⁊ dicit q; ſtomacho debet approximari emplaſtrum factũ ex ſpica roſ. maſtice corticе thuris cum vino odorifero. ratio q; confortat ſtomachum ratione ſue ſtipticitatis ⁊ prohibet aſcenſum vaporum ad caput. ſimiliter remouet malam complexionem frigidam ſiccam ⁊ humidam. ¶ Notãdum q; emplaſtrum in forma poteſt ſic poni: ℞. maſticis quar. i. ſpice nardi roſ. ru. olibani añ. ʒ. i. conquaſſentur conquaſſanda. miſce omnia malaxãdo cum modico vini odoriferi fiat emplaſtrum tenue ad modum ſcuti extendatur ſupra corium ⁊ ponatur ſupra ſtomachum. Ad idem quo Jordanus cõmuniter vtitur. ℞. laudani puriſſimi maſticis añ. quar. ſ. olibani. ʒ. ij. galange zedoarie ameoſ añ. ʒ. i. ſ. roſ. ru. ſandal. al. ⁊ ru. añ. ʒ. i. mente ſicce ematibilis añ. ʒ. ij. terbentine. ʒ. i. pulueriʒanda pulueriʒentur conquaſſanda conquaſſentur cum pi ſtello calido omnia malaxando cum ſucco abſinthij fiat emplaſtrum ad modum ſcuti ⁊ dictum eſt. (Nutrimentum vero.) Hic ponit curam per dietam: ⁊ dicit q; nutrimentum debet eẽ paucarum ſuperfluitatum ſicut eſt caro aſſata in cartagine vel in caſſula vel in veru. ¶ Notandum q; carnes conuenientes ſunt ſicut caro caſtrati perdicum faſianorum ⁊ omnium autum viuentium in arboribus ⁊ p̃atis ⁊ non in aquis condite cum pipere longo galanga zedoaria ⁊ croco. ratio q; per has non augmentatur materia morbi. ſ. flegma cum detur nutrimentum ſiccum. De potibus notandum q; debet eſſe aqua decoctionis peonie. ſ. radicis peonie in qua ponitur mel. ¶ Secundo notãdum q; idem quod dicitur de nutrimento. ſ. q; debet eſſe calidũ ⁊ ſiccum debet intelligi de alijs rebus non naturalibus q; debent tendere ad calidum: ⁊ ſiccum: mutando de ſomno ad vigiliam. ⁊ mutatio de quiete ad motum. ¶ Dubitatur. q; videtur q; carnes aſſate non conueniãt: q; ſunt difficilis digeſtionis: ergo ⁊ c. cõſequentia tenet: q; virtus i epilepſia eſt debilis propter malitiam materie. Dicendum q; debet dari in modica quantitate q; tunc eſt facilis digeſtionis. ¶ Almanſor.

¶ Qõ ſi cum epilepſia ſenſuum affuerit ⁊ debilitas nec aliqua de predictis ſignificationibus i ueniatur ergo pillule cochie multotiens ſunt tribuende. Et eius conſeruatio ſubtilianda ⁊ ciba ria que diximus danda. ¶ Byllanus.

¶ Ponit curam epilepſie quando fit propter cauſam p̃priam in cerebro: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curã quando fit a flegmate. Secundo quãdo fit a ſanguine. Secunda ibi. (Si quis autem.) Prima in tres. Primo ponit curam per euacuationem. Secundo per dietam. Tertio per localia. Secũda ibi. (Et eius.) Tertia ibi. (Et gargariſmus.) De prima dicit q; ſi cum epilepſia fuerit debilitas ſenſuum ⁊ non inueniatur aliquod de ſignis predictis ſupra: tunc arguendum eſt q; fit propter cauſam propriam in cerebro. Secũdo vult q; egro dãde ſunt pillule cochie. ¶ Notandum q; ad cognoſcendũ q; epilepſia fit propter cauſam p̃priã in cerebro ſunt illa ſigna que ponit Raſis: ⁊ que poſita ſunt in notabilibus ⁊ patet. Sed ratio remedij eſt q; pillule cochie euacuant materiam flegmaticam a cerebro. Sed quare ſepe ratio eſt: q; egritudo eſt longa ⁊ vna vice non poteſt euacuari materia. quia virtus non tolerat. ¶ Secundo notandum q; ante exhibitionem iſtarum pillularum debet exhiberi talis ſirupus. ℞. ireos radicuʒ accori radicum peonie radicum ciperi interiorũ ſquille añ. quar. ſ. ariſtologie rotunde. ʒ. ſ. iſopi. vtriuſq; ſaluie rute maiorane polij montani tormentille viſci quercini añ. M. i. aniſi maratri ſeminis ſiſeleos ſeminis baſili. añ. ʒ. i. ſeminis peonie munde. ʒ. ij. liquiritie raſe vuarũ paſſarum mũdatarum ab arik. añ. ʒ. i. florum anthos florũ vtriuſq; ſticados añ. ʒ. i. ſucci fumiterre vel aque ei⁹. ʒ. ij. ʒuchari al. quar. iij. mell elci. ib. ſ. fiat ſirupus diligenter clarificatus vſq; ad. ib. ſ. ¶ Notandum tertio q; pillule cochie quas ponit raſis poſſunt vigorari ſic. ℞. pillularum cochiarum ʒ. ij. pulpe colloquintide bdelij añ. ℈. ſ. vel. ℈. i. ſi patiens ſit fortis. feminis peonie munde. ʒ. ſ. pulueriʒanda pulueriʒentur ſubtiliter. miſce omnia cum ſucco rute ⁊ fiant pillule multum enim eſt appropriatus ille ſuccus. Ad idẽ valent iſte pillule. ℞. pulpe colloquintide ſticados caſtorei omnium añ. ʒ. i. iere. ʒ. iij. agarici. ʒ. ij. turbith. ʒ. i. terantur ⁊ conficiantur. doſ eſt a. ʒ. ſ. vſq; ad. ʒ. i. ¶ Quarto notandum q; cum predictis eger debet preſeruari ante tempus in quo debet venire paroxiſmus ⁊ vtplurimum in vere ⁊ autumno ⁊ ſemel in hieme ⁊ ſemel in eſtate. (Et eius cõſeruatio.) Hic ponit curam per dietam. ⁊ dicit q; dieta eſt ſubtilianda ⁊ cibaria de quibus dictum eſt. ſupra ſunt danda. Ratio q; per dietam ſubtilem natura redditur magis intenta circa materiam flegmaticam ad reſoluendum eaʒ. Ratio ſecundi eſt dicta ſupra. q; debet dieta declinare ad calidum ⁊ ſiccum ita etiam intelligendum eſt de aere ⁊ alijs ſimilibus. ¶ Notandum q; ſi tempus eſſet pluuioſum debet patiens ſtare in domo facta ſicca per artificium. quia in domo ponantur herbe appropriate epilepſie. vt ruta polium montanum iſopus peonia ⁊ ſi ex his componatur puluinar ⁊ ponat ad caput valet. ⁊ formatur ſic. ℞. iſopi vtriuſq; ſticados rute peonie polij montani florũ anthos añ. M. i. vel añ. ʒ. i. conquaſſentur ⁊ fiat puluinar ad quantitatem vnius palme ⁊ medie ex vtraq; parte ⁊ teneat ſub capite de nocte. ¶ Almanſor.

¶ Gargariſmus quoq; fieri dꝫ. Et ſternutatio ex his q̃ dixim⁹, puocãda: ac narib⁹ peonie puluis ſubtiliſſimus q; ſit ſimilis alcopbol inſufflandus. Si qs aũt cũ epilepſia i facie ⁊ oculis rubedinẽ habuerit: ⁊ venaꝝ groſſitiẽ: fleboromãd⁹ erit a ſaphena. Dãguis ãt ex carnoſitate tibiaꝝ cũ vẽroſis erit extrahẽd⁹. Capiti preterea oleũ roſ. ⁊ aceti ſupfundatur. Et abſtineat a vino ⁊ a cepis ⁊ alliis ac ſinapi ⁊ porris ⁊ apio ⁊ fabis: ⁊ cauẽbit poſtremo ab oĩbus fumũ caput aſcẽdẽtem ⁊ repletõꝝ generãtibus. Cõfectio electuarii qõ oi ſpẽi epilepſie remediũ affert. lix. piretri ſiſeleos ſticados oĩũ añ. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni recentis ⁊ acuti aſſefetide optime ariſtologie rotunde oĩum añ. ʒ. i. ſ. deinde extrahatur ſuccus ex ſquila mixtus cuʒ pari quãtitate mell: coquat ⁊ cõficiat ex eo ſpẽs ⁊ fiat electuariuʒ ex quo patiẽs quotidie ſumet et caueat ſibi a cibis groſſis. Electuarium hoc oĩb⁹ epilepſie ſpẽb⁹ excepta vna ſãguinea quaʒ Gal. noiauit ⁊ nos ẽt iã fecimus mẽtionẽ: opitulat: cui dixit ꝓferre fleboromiã ex ſaphena pri⁹ ⁊ poſtea ex baſilica deinde cui⁹ regimẽ ſit ex his q̃ ſãguinẽ i corpore minuũt ⁊ ipm infrigidãt. ¶ Byllanus

¶ Hic ponit curã per localia ⁊ diuiditur in tres ſm q; ponit tria localia. Secunda ibi. (Et ſternutatio.) Tertia ibi. (Et naribus.) De prima dicit q; in cura epilepſie competit gargariſmus. ¶ Notãdum q; gargariſma competens eſt. ℞. radicis ireos radicis peonie ſquille añ. quar. ſ. iſopi polij mõtani añ. M. i. piretri. ʒ. ij. ſeminis ſtaphiſagrie

Hic rasis ponit curam: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam per enacuationem. secundo per dietam. Secunda ibi. (Et eger.) Prima in duas. Primo ponit curaz p flebotomiam. secūdo per medicinam. Secunda ibi.) De inde venter.) De prima dicit q̄ in pncipio curatōnis optalmie debet eger flebotomari ex cephalica manus vel brachij partis contrarie in qua est oculus infirmus. Secundo ponit exceptionem nisi optalmia sit leuissima. Tertio dicit q̄ quanto optalmia fuerit fortior tanto de sanguine debet enacuari plus. Notandum q̄ in optalmia ad hoc vt fiat flebotomia de parte contraria duo requiruntur. Primuz q̄ in corpore sit magna plenitudo licet aquosis ⁊ aniceē. prē cipiant in hoc casu fieri flebotomiam de saphena eiusdem partis, deinde de basilica eiusdem partis. Secundo requiritur q̄ materia sit in fluxu q⁹ materia existente fluxa nō cōpetit flebotomia de brachio contrario. vnde non competit diuersio sed enacuatio materie peccantis que fit per eandē partem. ⁊ sic patet ratio primi dicti. Ratio secundi dicti est q̄ si optalmia sit parua per collyria ⁊ aquas potest resolui materia optalmie: ideo nō competit flebotomia. Ratio tertij q⁹ quanto optalmia est fortior tanto fit a pluri quantitate materie ideo plus de materia est enacuandum. Notandz secundo q̄ vena cephalica que est vena capitis potest capi vel in brachio vel in manu inter pollicem ⁊ indicem. Si in manu vel est vna vena inter pollicem ⁊ indicem. vel in brachio in curuatura: ⁊ si ambo sint infirmi de vtroq3 brachio fiat flebotomia. Tertio notandum q̄ post flebotomiam cephalice partis contrarie vel eiusdem competit flebotomia frontis que est in angulis oculorum: vel de venis que sunt retro aures imo i optalmia antiqua aliquādo scindūtur artarie temporuz a chirurgicis. Ratio q⁹ per illas imediatius enacuatur materia optalmie. Quarto notādum q̄ loco flebotomie competit ventosa posita in posteriori parte capitis ⁊ in parte superiori colli cuz incisione vel supra spatulas. Notandus q̄nto q̄ optalmia habet quatuor tempora sicut alia apostemata. s. principium augmentum statum ⁊ declinationem. Principium eius est quando lippitudo est aquosa ⁊ subtilis in oculis. Augmentum est quando talis lippitudo incipit ingrossari ⁊ dealbari. Status est quando est ingrossata ⁊ dealbata ⁊ multa claudens oculos. Declinatio est quando talis lippitudo incipit diminui ⁊ consumi. (Deinde venter.) Hic ponit curam p enacuationem factam per medicinam dicens q̄ post flebotomiam venter debet curari. i. enacuari cum mana mirabolanis ⁊ succo fructuum solubilium. Notandum q̄ dictum rasis habet veritatē quando optalmia causatur a materia calida vt a sanguine vel colera q⁹ ille medicine enacuant coleraz: ⁊ si contingeret q̄ esset maximus dolor potest fieri enacuatio sine digestione precedente q⁹ est materia furiosa ratione accidentium: sed si sit paruus dolor potest precedere digestiuum ⁊ tale digestiuum ⁊ enacuatiuum posita sunt supra. c. de dolore capitis proueniētis a colera. recurratur ergo illuc. Sed si sit a flegmate competunt digestiuum ⁊ enacuatiuum posita supra. c. de dolore capitis proueniente a materia flegmatica. Sed si a melancolia prouenit: quod raro contingit: competunt digestiuum ⁊ enacuatiuum posita supra in dolore capitis proueniente a melancolia. sic tamen in digestione ponātur herbe appropriate oculis que sunt bethonica verbena eufragia celidonia ruta fiter montanus feniculus. (Et eger.) Hic ponit curam per dietam dicens q̄ eger debet a carnibus se abstinere ⁊ vino ⁊ rebus dulcibus. Ratio. q⁹ talia multiplicāt humores qui sunt apti descendere ad oculum maxime quando optalmia fit a materia calida. Secūdo dicit q̄ patiens debet minuere cibum. Ratio q⁹ calor redditur magis intētus ad cō sumendum materiam. Notādum q̄ in optalmia a materia calida dicta conuenientes est vt comedat lactucas portulacas cucurbitas conditas cum agresta. vel succum farine ordei auene similiter ⁊ spelte conditis cum lacte amigdalarum vel agresta vel portulaca. Si autez patiens fuerit debilis poterit comedere carnes pullorum ⁊ hedi elixatas cū cucurbitis vel portulacis vel lactucis conditis cum agresta vel vino de granatis. De potu. Bibat vsq3 ad finez aquā ordei vel aquam decoctionis berberis vel prunorum vel aquam mixtam cum agresta vel vinum de granatis. In fine aūt pōt bibeř vinū albū debile limphatū cū triplo eius de aqua. Sz in optalmia de materia frigida dicta sit vt patiens comedat aquā cicerū vel farrū vel farinaz ordei vel auene. ꝺdiant cū pulneř q̄ sic fit. Ry. cinamomi. ʒ. ij. carda momi. ʒ. ij. croci. ʒ. i. fiat pl'uis cribrat⁹. Post dies. v. pōt comedeř carnes edi pullor castrati elixatas cū feniculo boragine ⁊ petrosi. ⁊ de potib⁹ bibat aquā mellis vsq3 ad dies. viij. vel aquaz decoctōis inbubaz mellis post vō dcm tps pōt bibere vinū albū limphatū. Alinanso⁹.

Nō si ista non suffecerint fiet album in lacte iuuēcule puellā lactantis fricandus est ⁊ in oculis distillandus. Syllanus.

Hic ponit curam per ea que approximātur ab extra. ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curā que debet obseruari ante declinationem. Secundo ponit curā quando est in declinatōne. Secunda ibi. (Si autē oculus.) Prima in tres Primo ponit curam per vnum approximandū oculo. ⁊ ē collirium. Secundo docet remouere lippitudinez. Tertio ponit curam per quedam alia q̄ competunt in cura. Secūda ibi. (Et lippitudinis.) Tertia ibi. (Et eger.) De pma

De optalmia

dicit ꝙ si predicta non sufficerent in cura: tunc fief albuz debet fricari in lacte mulieris lactantis puellam ⁊ distillari in oculum. Ratio est qz abstergit ⁊ mundificat. ¶ Notandū ꝙ fief est collirium vel trocischus vnus dissolutus in aliquo liquore ex quo fit collirium. ¶ Secundo notandum ꝙ alia conueniūt in principio. alia in augmento. alia in statu: ⁊ alia in declinatōne. naz in principio competunt repercussiua habentia duas proprietates. Prima ꝙ non sint nimis fortia ne condēpsent humorē in oculo ⁊ ne nimis infrigident oculum ⁊ alterent. Secunda vt sit doloris mitigatiua: ⁊ ideo non competunt ficca nec aspera: sed in augmento ⁊ statu competūt partim repercussiua ⁊ partim resolutiua ⁊ nun maturatiua: qz tūc sanies corroderet tunicas. non enim est hic sicut in alijs membris. sed in declinatiōe totaliter cōpetunt resolutiua. ¶ Tertio notandū ꝙ in optalmia a materia calida repercussiua a que competunt in principio: quedam sunt simplicia ⁊ quedam composita. Simplicia sunt duo. vnum albumen oui fortiter agitatum ex quo vna gutta in oculis distilletur. secundum est lac mulieris puellam lactantis statim ab vbere mulsuz ponatur in oculis. Composita sunt primum. ℞. aque ros. electe albumen oui fortiter agitatum ⁊ dispumatum misce ⁊ fiat collirium ⁊ vna gutta vel due ponantur in oculo vel in ambobus si fuerit dolor. Ad idem. ℞. mucilaginis seminis citoniorum vel psilij vel dragaganti. ʒ. ij. albumen vnius ouj fortiter agitatuz ⁊ dispumatum lactis mulieris puellam lactantis. ʒ. i. ſ. misce ⁊ fiat collirium. Et si est dolor magnus fiat mucillago i aqua decoctionis seminis papaueris. Et si dolor est in vltimo addatur in collirio opij gra. iij. ⁊ est valde exptum. Ad idem. ℞. cerusse lote. ʒ. viij. gūmi arabici. ʒ. iiij. opij dragaganti añ. ʒ. i. terantur fortissime: misce cum albumine ouj. fiat collirium ⁊ ponatur in oculo. Ad idem. ℞. foliorum solatri florum camomille ros, ru. parum pistentur ⁊ bulliant ⁊ incorporentur cum farina ordei fiat emplastrum ⁊ ponatur tepidum supra oculum. Ad idem coquātur tria poma in igne vel in primis mundentur post coctionem cum quibus vitella trium ouorum misceantur ⁊ tepidum ponatur supra locum. Alia que conferunt in augmēto ⁊ statu optalmie sunt. Primum. ℞. lac mulieris ab vbere electum abstergit. n. mundificat ⁊ repercutit ⁊ mirabiliter cōmendatur. Ad idem. ℞. mucillaginis dragagāti añ. ʒ. ij. lactis mulieris quod sufficit ⁊ fiat collirium. Ad idem. ℞. cerusse lote sarcocolle nutrite in lacte asine opij dragaganti añ. ʒ. ſ. fiat pulis subtilissimus icorporetur cum aqua pluuiali ⁊ sufficit distemperetur cum lacte mulieris fiat collirium ⁊ est secretum. Ad idem. ℞. cucie bene preparate cāphore subtiliter pulueriʒate añ. ℈. i. aqua ros. ʒ. i. vini albi. ʒ. ſ. misce ⁊ vna gutta ponatur in oculo. ⁊ valet in dolore oculoz. ¶ In declinatione vero optalmie de materia calida. ℞. camomille melliloti añ. parū. fiat decoctio ⁊ iponatur spongia ⁊ expressa ponatur supra oculum. Ad idem fiant ablationes manuum ⁊ faciei sepe cum aqua decoctionis melliloti florum camomille ⁊ ros. ru. ¶ In optalmia vero de materia frigida competentia in principio sunt hec. ℞. ros. ru. florum camomille añ. ʒ. ſ. conquassentur ⁊ fiat saccus infundatur i vino quod sit actu frigidum ⁊ bene expressus ponatur supra locum. ¶ In augmento ⁊ statu. ℞. mucilaginis gūmi arabici. mucilaginis fenugreci añ. ʒ. ij. sarcocolle infuse in lacte mulieris myrrhe aloes cinamomi castorei subtiliter pulueriʒati añ. ℈. ſ. fiat collirium. Ad idez ex farina fenugreci ⁊ mucillagine eius ⁊ floribus camomille mixtis fiat emplastrum ⁊ ponatur calidum supra oculum. Ad idem. ℞. camomille melliloti añ. ʒ. ſ. pistentur ⁊ icorporentur cum mucillagine fenugreci dragaganti: ⁊ vitellis duorum ouorum ponatur supra oculum. Item in declinatione debet poni patiens in balneo seu in stufa. Ad idē. ℞. sarcocolle. ʒ. x. licij aloes añ. ʒ. ij. spume maris croci añ. ʒ. i. ſ. succi celidonie. ʒ. iij. terantur subtilissime vt alcobol vel bulliant in vino albo ⁊ aqua ros. ⁊ coletur liquidum ⁊ mittatur in oculum ⁊ substantia grossa super oculum. Ad idē ℞. absinthij viridis. M. i. licij. ʒ. ſ. farine fenugreci. ʒ. ij. sarcocolle. ʒ. x. succi celidonie. ʒ. ſ. aloes. ʒ. ij. spume maris croci añ. ʒ. i. misce fiat ⁊ fiat i forma emplastri. ponat calidū supra oculū. vel extrahat succ⁹ vel aqua ⁊ oib⁹ pistatis ad inicē colet ⁊ ponat ītra oculū. Ad idē fiāt ablutiōes manuum ⁊ pedū ⁊ faciei sepe ex aqua calida decoctionis absinthij melliloti florum camomille. ¶ Almansor.

¶ Et si lippitudinis multitudo fuerit in oculis collecta radius coto ſuoluat ⁊ madefiat in aqua ⁊ cū eo oculus ab illa lippa mūdetur: deide puluis albus aſpgat ⁊ ſupponēdo oculis aliqd vt cotū ſuauiter eleuet ſuſtētetur ⁊ ligetur. Et eger in domū tenebroſaz mittatur: ⁊ ingeniandū quātum possibile est vt somnus ꝓuocetur. Caueat tamen ne super oculuz infirmū dormiat ⁊ ne caput depreſſum fit ſed ſuperius eleuatū. Nec veſtimentorum capitia ſint ſtricta nec in faciem ſe diu proiiciat. ¶ Byllanus.

¶ Hic docet remouere lippitudinem. ⁊ diuiditur in duas ꝑtes ꝙ per duo docet remouere. Secunda ibi. (Deinde puluis.) De prima dicit ꝙ si multa lippitudo fuerit in oculo collecta cum radio inuoluto cum coto infuso in aqua mūdificetur oculus. Ratio qz talis aqua habet virtutem leuitatiuam ſuperfluitatum. (Deinde puluis.) Hic ponit curam cum alio dicens ꝙ post ablutionem factā puluis albus debet aſpergi ſuper oculo ⁊ ōbet ſuauiter ſupponi aliquid vt bombix vel aliud. ſ. tenta ſuper oculo ⁊ ligari. Ratio qz talis puluis cōſumit ſuperfluitates ⁊ abſtergit. deſcriptionē vero illius pulueris ponit infra. ¶ Notandum ꝙ illud qō ſupponitur ⁊ ligatur ſicut tenta vel cotum debet ſtatim remoueri ne puluis cum ſit ſiccus noceat oculo. debet etiam remoueri vt dicit gordonius cum lacte mulieris. ratio ꝑz. (Et eger.) Hic ponit curā per quedaz alia dicens ꝙ eger debet mitti in domum tenebroſam. Ratio qz de ratione lucis est attrahere. vnde fieret maior fluxus humorū ad oculum: ⁊ ratione luminis ſpiritus diſpergūtur ⁊ reſoluunt: vnde debilitatur oculus. Secundo dicit ꝙ ingeniandum ē ꝙ prouocetur ſomnus. Ratio qz calor reuocatur ad intra ⁊ fortificatur ⁊ poteſt digerere ⁊ conſumere materiam: ſz hoc debet eſſe de nocte ⁊ non de die. Tertio dicit ꝙ patiens debet cauere ne dormiat ſupra oculum infirmuz ⁊ nō ſtet cum capite diſcoperto: aut depreſſo ſed potius eleuato. Ratio vtriuſq; qz fluerent humores ad oculos. ideo si optalma fuerit in oculo dextro debet iacere ſuper ſiniſtruz ſi in ambobus debet iacere ſupinus: ⁊ ideo tenentes caput curuum vtplurimum habēt oculos humidos. Quarto dicit ꝙ capitia ſeu veſtimenta capitis non debent eſſe ſtricta. Ratio quia propter ſtricturam fieret dolor circa oculos ⁊ ſic plus attraheretur de materia. Quinto dicit ꝙ patiēs nō debet ſe diu proſternere ſuper faciem: qz fieret maior fluxus ad oculos. ¶ Almanſor.

¶ Si aūt oculus leuior fiat ⁊ dolor ſedet ac lachryme minuātur flebotomia iam facta ⁊ vētre ſoluto. Balneū multotiēs ingrediat. ex hoc. n. paſſionis relige diſſoluētur. ¶ Byllanus.

¶ Hic ponit curam quando eſt in declinatione: ⁊ diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo reuertitur iterato ad curam optalmie quando predicta non ſufficiunt. Secūda ibi. (Quod ſi in oculo.) De prima dicit ꝙ ſi oculus fiat leuior ⁊ dolor remittatur ⁊ lachryme minuantur. flebotomia ꝑmiſſa ⁊ ſolutione ventri patiens debet ingredi balneum. Verificat ſe qz ex hoc materia que remanſit reſoluetur. ¶ Notandum ꝙ loco huius balnei ſpongia infuſa i aqua decoctiōis camomille ⁊ melliloti expreſſa ⁊ poſita ſuper oculum multum valet. ¶ Almanſor.

¶ Mō ſi i oculo humoroſitas ⁊ grauedo remāſerint puluis citrinus eſt imittēdus. Ex his aūt que habēti optalmiā multū ꝓferūt eſt ut frons ⁊

palpebre ex hoc liniant epithimate. Quod. ℞. sief memithe ro. aloes licij sandali ru. faufel. croci orientalis omnium añ. partes equales fiant ex eis pillule: cunque necesse fuerit resoluatur vna ex eis in succo coriādri aut in succo endiuie aut in aqua rosacea: ⁊ liniatur cum eo si deus voluerit. ¶ Syllanus.

¶ Hic reuertit ad curā optalmie qñ p̄dicta deficiūt ⁊ dividit in duas. Primo facit hoc. Scdo ponit descriptiões q̄rūdā medicinaꝝ de qb⁹ fecerat mētionē. Scda ibi. (Sief albū.) Prima in duas. Primo explicat vnū qō valet ī declinatõe. Scdo vnū qō valet in p̄ncipio. Scda ibi. (Ex his aūt.) De prima dicit qō si remāserit humiditas ⁊ graūedo pulvis citrinus erit mittendus in oculū. Descriptionē ponit statim. Ratio q: hꝫ virtutē absterſiuā ⁊ ꝓsumpti uam non tñ dꝫ diu dimitti ne exsiccet oculus. ¶ Notādū q̄ ad idē valet aqua cuiusdā bdelij cū aqua lucrabat panē suū ⁊ est. ℞. lapidis calaminaris. ʒ. ſ. tutie quinques ignite ⁊ quinquies extincte in aque ros. electe. ʒ. ſ. garioſi. numero. xxx. terantur cum. ʒ. ij. melt. vini albi. ℔. iiij. pulverizanda pulverizentur ⁊ cribellent subtiliter misce omnia. si esset necessitas magna adde camphore. ʒ. ſ. (Ex his autem.) Hic ras explicat vnum quod valet in principio: dicens q̄ ex his valent habenti optalmiam. ſ. in principio est vt frons ⁊ palpebre liniant ex hoc epithimate. ℞. sief memithe ros. licij aloes faufel sandal. ru. croci orientalis omnium añ. partes equales. fiant pillule ⁊ cum fuerit necessitas dissoluantur cum succo coriandri aut aqua ros. aut celidonie. ¶ Notandum q̄ remediꝫ rasis hꝫ veritatē observatis. Primum q̄ optalmia fit in principio. q: illa sunt stiptica prohibentia fluxum ad oculum. Secundo vbi materia sit calida. q: illa que ponūtur in epithimate sunt frigida stiptica. Tertio q̄ optalmia fiat ex fluxu humorum ad oculos descendentium per venas exteriores. q: si per intrinseas non valeret. q: virtus non profundaretur. sed tunc magis valerent odoramenta ⁊ alia dicta in. c. de catarro ⁊ dolore capitis. ¶ Secundo notandum q̄ loco huius epithimatis valet tale emplm quo cōmuniter vtitur Gerardus in materia calida. ℞. acatie sanguinis draconis. añ. ʒ. i. bolar. ʒ. ij. fiat pulvis ⁊ incorporetur cum albumine ouī agitato. fiat emplastrum ⁊ applicetur supra tempora. ¶ Notādum q̄ in materia frigida competit tale repercussiuum ab extra. ℞. aloes myrrhe myrti acatie añ. ʒ. i. mastices oliba ni añ. ʒ. ſ. fiat pulvis ⁊ incorporetur cum albumine ouī bene agitato quod sufficit fiat emplastrum ⁊ ponatur supra frontem ⁊ tempora. ¶ Almansor.

¶ Sief album. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iii. dragagāti. ʒ. i. opij. ʒ. ſ. fiāt ex eis pillule forme lentis sikes. Pulvis citrinꝰ. ℞. sarcocolle grosse. ʒ. x. aloes. ʒ. ii. croci. ʒ. ii. mirrhe. ʒ. i. licii. ʒ. ii. ⁊ bis optime tritis īmittat pulvis cuius opus fuerit. Pulvis albꝰ. ℞. sarcocollā albaꝝ ⁊ pinguē q̄ mittat in lac mulieris qō melius ē cū alicuius iuuēcule fuerit ⁊ dimittat ī vmbrā donec siccet ⁊ terat optime ⁊ oibus. ʒ. x. ipsius addat de sief memithe. ʒ. ii. q̄ itez optie trita reponāt ⁊ cū opꝰ fuerit ī oculū mittant. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit Ras descriptionem medicinarum de quib⁹ dictum est. ⁊ dividitur in tres p̄s q̄ tres ponit descriptiones. Secunda ibi. (Pulvis citrinus.) Tertia ibi. (Pulvis albus.) De prima dicit q̄ sief albuꝫ in forma ponatur sic. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle grosse. ʒ. iij. dragagāti ʒ. i. opij. ʒ. ſ. fiant ex his pillule similes lenti. ¶ Notanduꝫ q̄ illud collirium valet in augumēto ⁊ statu optalmie ⁊ nō in p̄cipio. ratio dicta fuit supra. (Pulvis citrinus.) Hic ponit secundam descriptionem ⁊ dicitur citrinus. ℞. sarcocolle. ʒ. x. aloes. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. i. licij. ʒ. ij. ex his optime tritis mittatur pulvis cum opus fuerit. (Pulvis albus.) Hic ponit tertiam descriptionem ⁊ dicitur pulvis albus. ℞. sarcocollam albam ⁊ pinguem que mittatur in lacte mulieris iuuencule dimittatur in vmbra donec exiccetur ⁊ teratur optime ⁊ omnibus. ʒ. x. ipsius addat sief memithe. ʒ. ij. que itez optime trita reponantur ⁊ cum opus fuerit in oculum mittatur ad remouendum lippitudinez: ⁊ est de quo fecit mentionem supra ras.

¶ De vlceribus oculorum. ¶ Syllanus.

Notandum circa rubricam q̄ vlcus capitur dupliciter. Uno modo per solutionem continuitatis sine sit cum sanie siue sine sanie. ¶ Secundo notandum q̄ causa vlceris oculoꝝ est duplex. ſ. itrinseca ⁊ extrinseca. Extrinseca vt casus ⁊ percussio. Intrinseca est humor calidus acutus salsus corrodens tunicas. ⁊ fit aliquando ex successione bothor. Aliquando propter percussionē. ¶ Tertio notandū q̄ p̄ncipiū vlceris aliq̄n est iterius ⁊ disrūpit exterius idest disrūpēdo p̄cedit. Aliq̄n p̄ncipiū vlceris est ab extra: ⁊ disrūpendo p̄cedit ab intra. ⁊ de istis primum est deterius ceteris. ¶ Almansor.

Cum in oculis fortis dolor ⁊ punctio nociua ac pulsus sentiuntur ⁊ lachrymarum fluit multitudo ⁊ cū palpebrē eleuant ⁊ oculi apiunt loca q̄ sunt ī albis ipsoꝝ iueniunt rubea. aut cū totū fuerit rubeū: vn⁹ locus magis rubere iuenit aut ī nigredine loc⁹ aliqs albus appet pustula iam ī oculo exorta est. Ad hāc vo curādā passionē necessarius ē medicus valde istructus ī curis oculoꝝ: nos tñ curationis ipsi⁹ sūmas ⁊ aggregatiões dicem⁹. Dicim⁹ itaqꝫ q̄ vlcera q̄ ī p̄incipia nascunt hoc ē in albis oculoꝝ nō adeo sunt timēda vt ea q̄ ī cornea hoc ē ī oculi nigredine fiūt. Deteri⁹ vo vlcerū ē illud qō ī nigredine sub pupilla existit: eminētia nāqꝫ ad istū ē velociter. Syllanus.

¶ Hic ras determinat de vlceribus oculorum: ⁊ dividitur in quatuor. Primo ponit signa. Secūdo ostendit qualis medicus sit necessarius ad curationem vlceris oculoꝝ. Tertio ostēdit quod vlcus oculorum est deterius. Quarto ponit curam: Secūda ibi. (Ad hanc vero.) Tertia ibi. (Diximus.) Quarta ibi. (Horum autez.) De prima dicit q̄ quādo in oculo apparent hec signa. Primo fortis dolor ⁊ punctio nociua ⁊ pulsatio sentitur. Secūdum lachrymarum multitudo fluit ⁊ cum palpebrē eleuantur ⁊ oculi aperiuntur alba oculorum apparent rubea ⁊ si totum fuerit rubeum vnus locus inuenitur magis rubere q̄ alius. Tertiuꝫ q: in nigredine oculi. ſ. in cornea apparet locus albus istis signis arguere debemus q̄ ī oculo est vlcus siue pustula ad quā de necessitate sequitur vlcus. Ratio signorum est prima primi. q: ex materia calida pungitiua causatur dolor ⁊ punctio nociua: sed pulsatio fit propter generationem ⁊ augmentationem sanei. in cuius generatione fit ebullitio ⁊ pulsatio. Ratio secundi q: propter dolorem est fluxus humorum. vnde fit fluxus lachrymarum ⁊ multitudo. Ratio tertij q: ratione doloris fit attractio sanguinis ad coniunctiuam vnde alba oculoꝝ apparent rubea. Ratio quarti q: corpus diaphanum dum condensatur fit albū vt apparet de aqua cōgelata ⁊ de albumine ouī cocto. q: fit dealbatio. sed cornea est corpus diaphanum ⁊ propter generationem vlceris condēsatur ⁊ sic dealbatur. sed quando fit vlcus in coniunctiua fit color rubeus. q: fit extēsio in venis q: attrahatur sanguis cū coniunctiua fit corpus hūs venas ideo apparet color rubeus. (Ad hanc vero.) Hic ostēdit qualis dꝫ esse medicus ad curationem vlcerū oculorum dicens q̄ ad curationem necessarius ē medicus valde instructus. Secundo dicit q̄ ostēdit sūmas ⁊ aggre

gationes curatõie. ¶Notãdum q cã pmi est qr medicꝰ. errãs i ista passione causat nocumentũ magnũ.ió ꝛc. (Di dimus ita).hic ostendit qõ vlcus oculoꝝ sit deterius diceꝫ q vlcera que sunt in conjunctiua.qr in albo oculoꝝ nõ sũt sic timenda sicut illa que sunt in cornea. ¶Rõ qr talia vlcera plus distant ab humore crystalino ꝛ a pupilla que sunt pn cipaliora in visione. ¶Scõo dicit q deterius vlcerum ẽ qõ est in nigredine sub pupilla. ¶Ratio qr est magis ppinquũ humoꝛi crystallino. ¶Almansoꝛ.

¶Horũ autem vlcerum curã cuꝫ flebotomia incipere debemus.ꝛ sanguinis extrabere multitudinẽ fm q possibile fuerit. ¶Cõsequẽter autez venter soluendus est. ¶Et eger sibi cauere debet a carne ꝛ vino dulci ꝛ esse cõtentus herbis frigidis ꝛ in potu sola aqua vti. ¶Syllãus.

¶Hic ponit curam vlcerum oculorum.ꝛ diuiditur in duas. ¶Primo facit hoc. ¶Secundo ponit curaꝫ vestigij remanentis post consolidationẽ vlceꝝ.scõa ibi. (Cum autem.) ¶Prima in tres.primo ponit curã per euacuationẽ. secũdo per dietam. ¶Tertio per localia que applicant ab extra.secũda ibi.(Et eger). ¶Tertia ibi. (In oculo vẽro)prima in duas.primo ponit curam per flebotomiam. secundo per medicinam.secunda ibi. (Cõsequenter). ¶De prima dicit q debemus incipere curãm vlcerum oculoꝝ per flebotomiam extrahendo multitudinẽ sanguinis fm q fuerit possibile. ¶Notandum si fit magna repletio cõpelit flebotomia de saphẽa eiusdez pris. deinde de basilica. deinde de cephalica.ꝛ si non sit magna repletio sufficit de basilica.rõ predictoꝝ est qr per flebotomiã phibetur fluxus hũorum ad oculos.qui fit in vlceribus oculoꝝ. ¶Scõo notanduꝫ q ad idem valent ventose posite supra spatulas ꝛ in collo cũ scarificatione. (Cõsequenter aũt).hic ponit curam per euacuationẽ per medicinas.dicens q post flebotomiã vẽter debet euacuari. ¶Nota q illa euacuatio debet fieri cum mirobolanis mãna ꝛ succo fructuꝫ solubiliũ.qr materia vlcerum est acuta mordicatiua. ¶Ad idem valet euacuatio facta cũ clisteri. ¶Notandũ secundo q post euacuationẽ vniuersaleꝫ est cõueniens euacuatio per gargarisma ꝛ sternutationẽ facta. (Et eger)hic ponit curam p dietaꝫ ꝛ dicit primo q eger debet cauere sibi a carne ꝛ vino dulci. ¶Ratio qr multiplicãt humores maxime calidos ꝛ acutos qui multiplicati de facili currunt ad locũ ꝛ augent vlcus.secundo dicit q debet eẽ cõtentus herbis frigidis. ¶Ut sunt spinachia lactuca portulaca cucurbita ꝛ endiuia.rõ qr remittunt acuitatẽ generando humorẽ frigidũ. ¶Tertio dicit q in potu deꝫ vti sola aqua.qr vnũ est vaporosum ꝛ eẽt cã dissolutõis humoꝝ in loco vicez. ¶Almansoꝛ.

¶In oculo vero initio sieph albũ cũ lacte mulieris emittendũ.ꝛ si pulsus iam alleuiari ꝛ sedari videtur sperandũ est q egritudo soluaꝫ sine saniei collectione. ¶Nõ si pulsatio post sanguinis extractionem ꝛ ventris solutionez ac sieph albi imissionẽ quiescere nõ videtur parua fiducia in hoc qõ diximus est habenda. ¶Sylla.

¶Hic põit curã vlceris oculi p remedia localia que appꝛximant ab extra ꝛ diuidit in duas.primo ponit curam qñ pustula fiunt parua.scõo qñ fiunt magna.scõa ibi. (Quãdo fuerit).prima in duas.primo ponit vnũ locale qõ conuenit in generatione saniei:secundo ponit aliud qõ cõuenit qñ materia cõuertit ad saniẽ.scõa ibi (Est itaqꝫ).prima i duas.primo facit qõ dictũ est.secũdo põit signa quibꝰ deꝫ cognoscere quando egritudo remouebit sine collectiõe saniei.ꝛ quãdo nõ.secunda ibi.(Nõ si pulsus). ¶De prima dicit q in oculo a principio est mittendum sieph albũ cum lacte mulieris.rõ qr repercussiuum ꝛ sic phibet fluxum materie ad locum vicerũ. (Nõ si pulsus).hic ponit signa ꝛ docet cognoscere qñ egritudo remouebit sine collectiõe saniei vel qñ non.primo dicit q si pulsatio videt alleuiari ꝛ remitti sperandũ est q egritudo terminabit sine collatiõe saniei. ¶Secundo dicit q si pulsatio videt alleuiari ꝛ remitti melius ꝛ si nõ remittit primo p flebotomiã ꝛ solutionẽ ventris ꝛ missionẽ sieph albi habenda est pua fiducia .rõ predictoꝝ est qr pulsatio causat rõne generatiõis saniei p pter bullitionem humorũ acutoꝝ.sed si pulsatio remouea tur signũ est q sanies nõ generatur. ¶Almansoꝛ.

¶Est itaqꝫ tunc sieph de olibano mittendũ in oculum ꝛ pila aliqua oculo superponenda ꝛ cũ ligatura stringenda.añ vero qꝫ hoc eũciat oculus suauiter est ligandus ꝛ sine superpositõe pile ꝛ non cesses in oculuꝫ de sieph de thure sepe distillare donec sanies in pila videat.ex quo enĩ hoc uisum fuerit sieph de plumbo uti necesse est usquequo profunditas fiat plana ꝛ tota caro generetur.ea tamen que diximus tũc sunt faciẽda cũ pustula non est magna. ¶Sylla.

¶Ponit curã per aliud locale qõ cõuenit qñ mã conuertit ad saniẽ ꝛ diuidit in duas. ¶Primo ponit p mundificatiua. ¶Secũdo per carnẽ generantia. ¶Secunda ibi(Ex quo enĩ) ¶De prima dicit q qñ sanies generatur tunc sieph de olibano debet mitti in oculum secundo dicit q pila oculo ẽ superponenda ꝛ cũ ligatura stringẽda. ¶Tertio dicit q tu nõ debes cessare mittere vel distillare sieph in oculo donec sanies apparet in pupilla. ¶Notãdũ q vlcus oculi põt mundificari tripliciter.ꝛ ita quodlibet vlcus.s.primo cũ absterſiuis vt idromelle facto cũ aq pluuiali ꝛ melꝛ rosꝝ. colato.ꝛ q ponat pannus duplicatus supra oculũ.secũdo cã attractõnis saniei sicut cũ collirio rasis colato ꝛ q ponat amoniacũ qõ maxime attrahit imo fm auctores trahit sagittam a corpore. ¶Tertio cũ deiccatiuis vt cũ pulnere trichie dicto supra ꝛ iste tertius modus est periculosus. ¶Ad ppositũ capitur.scõo mõ ꝛ ponitur vt supra. (Ex quo enim).hic põit curã per carnẽ generantia.ꝛ dicit q postq̃ hoc visum fuerit erit necesse vti sieph de plumbo quousq̃ pfunditas fuerit plana ꝛ tota caro generet.rõ pz qr tale sieph est generatiuũ carnis ꝛ vnitiuũ qr est deiccatiuũ non supfluę ꝛ boc cõuenit in generando carnẽ ad deiccandũ humiditatẽ supfluã membri que impediret generationẽ carnis. ¶Secundo dicit q ea que dicta sunt.sunt faciẽda cũ pustula.nõ est magna rõ.qr in vulnere magno regrit fortius vnitiuum qõ non est in illo collirio. ¶Almansoꝛ.

¶Quoniã cuꝫ magna fuerit.fuerit q̃ iuxta pupillam.aut inferius.est tũc necesse vt cũ cleyſir medicet ne vuea egrediat.ad pile quoqꝫ suppositionem ꝛ ligaturã est redeundũ.eger preterea semper supinus iacere debet ꝛ a forti motu abstinere. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curã qñ pustula fuerit magna ꝛ diuidit i duas. ¶Primo ponit curã per vnũ locale. ¶Scõo ponit p q̃daz alia.secunda ibi. (Eger ꝓterea). ¶De pria dicit q vbi fuerit pustula magna circa pupillam vel inferius tũc erit necesse vt in cura apꝛorimet eleyſir.i.quoddã medicamen ne vnea egrediat.rõ qr fortiter exicat hoc collirũ ꝛ fortiter ẽ vnitiuum vt patet per ingredientia. ¶Scõo dicit q redeundum est ad suppositionẽ pile vel ligature.rõ pz(. (Eger ꝓterea). hic põit curã p quedã alia localia.ꝛ dicit q eger deꝫ iacere supinus.rõ vt humores fluant ad ptẽ cõtrariã oculoꝝ.s.ad ptẽ posteriorẽ. ¶Scõo dicit q deꝫ abstinere a forti motu.qr talis dissoluit humores qui dissoluti fluũt facilius ad oculum. ¶Almansoꝛ.

¶Cũ autez caro i loco ulceris pfecte generata fuerit.uel locus apostematis carne repletꝰ fuerit remanebit ibi in oculo albedo.q si ulcꝰ prosundum fuerit:albedo erit grossa.ꝛ si in supficie tñ cornee fuerit erit subtilis:ulcus quoqꝫ si a pu-

pilla fuerit remotū et steterit separatim p se ue/stigiū illō qō redimet nihil mali faciet. si āt iuxta pupillā qñqz fuerit post ulceris curatiōez uesti/giū remanēs, phibebit uisionē. ¶Sylla.

¶Hic ponit curam vestigij remanētis post cōsolidationē vlcerum seu vulnerū. ⁊ diuidit in tres. ℙrimo ponit vel docet cognoscere quando albedo remanens est grossa vel subtilis. secundo docet cognoscere quando vestigiuz rema/nens non impedit visionem ⁊ quando sic. Tertio ponit cu/ram. secunda ibi. (Ulcus quoqz). Tertia ibi. (Quapro/pter). De prima dicit ꝙ cum caro fuerit in loco vlceris p/fecte generata remanebit in oculo albedo. rō q: pp cōdēp/sationem factā in membro habēte diaphaneitatē fit albedo ⁊c. ¶Secūdo dicit ꝙ si vlcus fuerit profundum albedo erit grossior. rō q: fit maior cōdēsatio. ⁊ si vlcus fuerit sup/ficiale albedo erit subtilis. rō q: non fiet tanta condēpsatio. ¶Notādū ꝙ post curā vlcerū oculoz tria pñt remānere. ℙrimū est cicatrix que non pōt perfecte curari in mēbro spmatico. sed palliari. Secōm est color albus ⁊ talis pōt re/cipe curā vel magnā palliationē. Tertiū est albugo ⁊ q̄daz superfluitas vue que non est pfecte curata seu remota i cura ⁊ est sup corneam ⁊ vocatur pānus seu tela. ⁊ de hoc de/terminabitur infra. (Ulcus quoqz). hic docet cognoscere qñ vestigiū remanēs nō ipedit visionē. ⁊ qñ sic. ℙrio dicē ꝙ si vlcus fuerit remotū a pupilla ⁊ steterit sepatū tūc ve/stigium remanēs non ipedit visionem. Scōo dicit ꝙ si vl/cus fuerit iuxta pupillam tūc vestigium remanēs post cu/rationē ipedit visionem. Rō q: poterit coopire ⁊ restrige/re foramen pupille. vñ non poterunt recipi spēs visibiles i crystallina. ¶Almansor.

¶Quapropter tūc utendū est reb⁹ ⁊ medicinis qbus vestigiū qō diximus abstergi ⁊ deleri pos/sit. sieph de thure. ℞. armōiaci sarcocolle āboz añ. ʒ. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ii. cōficiant ex mucila/gine fenugreci ⁊ fiat ex eis sieph. sieph de plūbo. ℞. plūbi usti antimonii tutie ablute. calcuce cumenon gūmi arabici dragaganti oīum añ. ʒ. viii. opii. ʒ. ſ. terant ⁊ cū pāno siricio qui sit sub/tilissimus cernant ⁊ cribellent ⁊ cōspergant ex aqua pluuiali ⁊ fiat ex eis sieph. sieph. ex quo ca/ro i ulceribus oculoz generat ⁊ vuee egressio. phibet ⁊ uestigiū subtiliatur. ℞. clymie ablute tutie ablute ceruse antimōii thuris oīuz. añ. ʒ. ii. myrrhe. ʒ. i. sarcocolle grosse. ʒ. i. ⁊ ſ. sanguis dra. aloes opii. añ. ʒ. i. fiat ex eis sief. Eleyfir quo ē utendū cū timet ne ex ulcere vuee seqtur egres/sio. ℞. antimonii ematitis āboz añ. ʒ. x. acatie. ʒ. iii. aloes. ʒ. i. terrātur ⁊ fiant ex eis sieph. ⁊ ad/ministrentur apud necessitatē. ¶Sylla.

¶Hic ponit curā ⁊ diuidit in duas. ℙrimo ponit curaz in generali. secūdo ponit descriptionē quarundā medicina/rum. s. collirioꝝ de quibus supra fecit mentionē. Secūda ibi. (Sieph). De prima dicit ꝙ iam utendū ē medicis quibus vestigiū remanēs possit abstergi ⁊ deleri. (Sieph) hic rasis ponit descriptionem quarundam medicinarū. s. collirioz de quibus fecit mentionē. ⁊ diuiditur in q̄tuor ꝑz ꝙ quatuor ponit descriptiones. ℙartes patebunt. De pri/ma dicit ꝙ ponit descriptionē sieph de thure que talis est. ℞. armoniaci sarcocolle añ. ʒ. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. i. aſp/gant ex mucilagine fenugreci ⁊ fiat ex eis sieph. ⁊ istō co/lirium est mūdificans per viam attractionis. vt dictuz fuit supra ⁊ ꝺz dispēsari q̄libet vice cū lacte mulieris. (Sief). ℙonit descriptionē sieph de plūbo ⁊ est talis. ℞. plumbi adusti antimonij thutie ablute calcucecumenon gūmi ara/bici dragagāti oīum. añ. ʒ. viii. opij. ʒ. ſ. terant ⁊ cū pāno subtilissimo de sirico attamin̄ent ⁊ cōspgātur ex aqua plu/uiali fiant ex eis sieph. ⁊ tale est carniū generatiuū ⁊ cōsoli/dativum in vlcere parvo. (Sieph). ℙonit descriptionez alterius sieph ex quo caro in viceribus oculorum genera/tur ⁊ vue egressio phibet ⁊ vestigium subtiliat ⁊ est. ℞. clymie ablute tutie ablute ceruse antimonij thuris omniū an. ʒ. ij. myrrhe. ʒ. ſ. sarcocolle grosse. ʒ. i. ſ. sanguis dra/conis aloes opij oīum. añ. ʒ. i. fiat ex eis sieph cū aqua plu/uiali ⁊ valet ad generandū carnē in vulnere magno. quia multū cōsumit hūiditatem. secūdo qz valet ad phibendū egressionē vuee qz est forte vnitiuū ꝓpter eius stipticitatez (Eleyfir). ℙonit descriptionem sieph dicti eleyfir ⁊ est tale. ℞. ematibit. antimonij amborz añ. ʒ. x. acbatie. ʒ. iii. aloes. ʒ. i. fiat ex eis sieph ⁊ administretur apud necessita/tez eius ⁊ valet ne sequatur egressio vuee ꝓpter eius sti/pticitatem. ¶Almansor.

¶De bis que extrinsecꝰ cadūt i oculis

Amatur resina ⁊ per oculū trabatur ⁊ extrabit illō qō i oculo cecidit. ¶Syl.

¶Hic rasis docet remouere ea que cadunt in oculis. vt pi/lus vel palea dicēs ꝙ ꝺz sumi resina. i. gūmi pini ⁊ trahit p oculum. qz extrabit qō cadit in oculū. rō dicti ē. qz resina rō ne sue gūmositatis est cā vt ea que cadunt in oculis adhe/reant ⁊ exeāt cū ea. ¶Notādū ꝙ loco illius docent auctō/res lauare oculum cū aqua calida dulci. Ad idē valet sepe mittere lac ab vbere in oculū. ¶Scōo notanduz ꝙ si non valent predicta elevatur palpebra supior ⁊ extrabatur cū vngula parua vel corigia graciti vel tenaculis ⁊ inuersetur palpebra superior.

¶De albugine que fit in oculo. ¶Sylla.

Notandū circa rubricā ꝙ ser sunt passiones ocu/lorū que inter se hāt q̄nientiā ⁊ dr̄iam. s. nu/bes tela albugo pānus macula ⁊ vngula. Cō/ueniunt in hoc qz pñt fieri ex hūore eodem. ⁊ vtplurimū flatico. sed differūt in grossitie ⁊ subtilitate in pfunditate ⁊ superficie. qz nubes sit ex pauca mā exīte in supficie cornee. Albugo fit ex grossiori materia q̄z tela. iō apparet ibi color albus. Macula ex grossiori ⁊ pluri mā q̄z albugo. ⁊ iō semp magis pfundat ad intra. ℙānus fit ex grossiori ⁊ pluri mā q̄z aliqua dictarum ⁊ fit vt plurimum in coniunctiua. ⁊ est ad modū carnis addite. ras pōt solus cura albuginis ⁊ vngule qz eadē est ⁊ mā ⁊ cura aliarum maculārū ⁊ ex eisdem curatur. ¶Almansor.

Albugo que in oculis ꝓtingit est uestigi/um post ulcex curatōem remanens qñ ꝓsolidārur que cū in oculis puerox fit leuior ē ad curādū q̄z cū in senib⁹. Cū. n. fit i se/nibus fortasse ad sanādū ipossibile est nisi sub/tilissima fuerit. ¶Syllanus.

¶Hic ras determinat de albugine oculi. ⁊ diuidit i tres. ℙrimo ponit qd sit albugo. secūdo ostendit qñ est facilis curatōis ⁊ qñ difficilis. Tertio pōit curā. secūda ibi (Que cum). Tertia ibi (hec aūt). De prima dicit ꝙ albugo que contingit in oculo est vestigiū remanēs post cōsolidatio/nem vlcerum qñ cōsolidanē. (Que cum). hic ponit curā qñ est facilis curationis ⁊ qñ difficilis ⁊ dicit ꝙ vbi albugo fit in oculis puerorū talis ē leuior ad curandū q̄z quādō ꝓ/uenit in ꝓcessu etatis. ℙatio qz humores ad oculū ꝓuenie/tes sunt magis resolubiles ⁊ tunice oculorum sunt rario/res magis susceptibiles alterationis. Secūdo dicit ꝙ si al/bugo fiat in etate post puerilem. vt in iuuentute vel in se/nectute talis est impossibilis curatōis nisi fuerit subtilissima rō qz humor faciens albuginem est grossior ⁊ tunice oculo/rum sunt duriores. Nō subdit ꝑz qz ꝓpter facilitatē ⁊ sub/tilitatem reddit facilis resolutionis. ¶Notādū ꝙ signum remanens post consolidatōem vlceris primū est cicatrix ⁊ de hoc non est sermo. qz non potest durari. secundū ē que/daz infectio causata a flate i cornea ⁊ vocatur albugo ⁊ de

De sca. palpe. et sebel

tali est sermo. ¶ Notandū secūdo ꝙ albugo curat velocius in pueris ꝯ in iuuenibus ⁊ senibus ⁊ fit in iuuenib⁹ ꝯ in senibus. ratio est dupler. Prima q⁹ in pueris hūores sunt subtiliores ꝯ in iuuenibus ⁊ senibus. ⁊ spāliter senibus. Iz virtus sit debilior in senibus quare sunt magis apti resolutioni. Secōa cā est q⁹ in pueris oculorū humores sūt clari ⁊ tunice rariores ꝯ in iuuenibus ⁊ senibus. vnde maior potest fieri ⁊ velocior alteratio ⁊ per consequens curatio. ¶ Almansor.

¶ Hec aūt passio ex dis medicaminibus curanda ē postq̄ eger balneū īgressus fuerit aut faciē sup vaporē aq̄ calide quousq; rubea sit rēuerit si tamē ex hoc medicamine in venis rubedo oculi ⁊ dolor ,puenerint. ꝙ aliquos dies ab eo gescē dū donec oculus gescat ⁊ post ad idē remouendū. Medicamē valde vtile ad albuginē remouēdā ⁊ cito eradicādā ego quoq; nō vidi quod melius aut eq̄le eēt ad albuginē remouendā. ℞. massacumie spume maris. stercoris magni lacerti baurach zuchari hygeri oīum añ. partes eq̄les. deinde sumant acori celidonie oīum añ. ʒ. ℈. coquantur in lib. i. aq̄ donec ad quar. redeat ⁊ colet ⁊ ex hac aqua imbibantur spēs quas diximus ita ꝙ cōficiant ex ea ⁊ siccent in vmbra. deinde iterū terāt ⁊ cōspergant vt prius ⁊ siccent. ¶ Quod postq̄ quater factū fuerit siccēt ⁊ terant ⁊ ī oculis mittant. hoc enim medicamē nulli vt pdiximus cōpar existit ī remotōe albugis remouet enī hoc medicamē grossam albuginez etiā ex oculis animalium. ¶ Syllaus.

¶ Hic ponit curā per vnū locale. s. ꝙ balneū ⁊ vaporatiōnem. Secundo ꝙ aliud locale. s. ꝙ collirium. Secūda ibi. (Medicamen). De pria dicit ꝙ hec passio est removenda faciēdo egrū balneari. vel faciendo faciē egri supra vaporē teneri aque calide vsq; quo rubescat. Secūdo dicit ꝙ si ex his puentat rubedo ⁊ dolor in oculo gescēdū ē. ⁊ post ad idem redeundū. ¶ Notādū ꝙ anteq̄ pdicta cōpetant regrit debita purgatio corpis per flebotomiā ꝙ medicinas per gargarismata ꝙ sternutatoria ⁊ sīlia de quibus dictus est supra. rō pz. q⁹ fieret maior dissolutio. ¶ Notāduz de rōne dictorum ⁊ primo primi dicti ꝙ albugo fit ex mā flegmatica grossa. iō indiget mollificatione ⁊ subtiliatiōe vt disponat ad resolutionem. sed hoc facit balneum ⁊ suffumigatio aque calide. ⁊ idem facit si in aqua coquat malua bismalua palea ordei ⁊ anene. fīr aq̄ decoctiōis fenugreci expta est. rō secundi. q⁹ si balneū ⁊ evaporatio sint cause rubedinis ⁊ doloris eoz dimissio oz ee cā mitigatōis qō subdit q⁹ est redeundū. rō vt fiat bene mollificatio ⁊ subtiliatio ⁊ preparatio ad resolutionē. (Medicamen). hic ponit curam per aliā medicationē seu ꝙ aliud locale. s. collirīū dicens ꝙ medicamē valde vtile ad remouēdū albuginē cito quo non repitur melius nec eq̄le est. ℞. massacumie. i. aq̄ nitri. ⁊ oz aq̄ vasoz viridiū spume maris stercoris magni lacerti. baurach zuchari hygeri oīum añ ptes equales. Deinde sumātur acori celidonie amboz añ. ʒ. ℈. coquantur in lib. i. aque donec redeant ad quartam colet ⁊ ex aq̄ imbibas spēs quas predixi ita ꝙ cōficiātur ex ea ⁊ siccentur in vmbra. deinde iterum terant ⁊ aspergāt vt prius ⁊ exiccent. ⁊ postq̄ quater factū fuerit siccent ⁊ terant ⁊ in oculum mittant. ⁊ removet hoc medicamē grossam albuginem etiam in oculis aīalium. ¶ Notandū ꝙ rō dicti est q⁹ hoc medicamen est absterssiuum ⁊ consumptiuū. vt pz ꝙ materialia īgredientia que nō sunt corrosiua ⁊ sic est extra periculum. ¶ Notandū secō ꝙ albugo vel macula aut est recēs aūt antiqua. si recens cōpetunt spāliter quatuor collīria. Primū ꝙ injiciat sine injectet lac mulieris frequenter ⁊ postea pulvis subtilissimus ossis sepie. secundū collirium valet. ℞. succi foliorū papaueris rubri. succi centaureē minoris facta residentia. añ. ʒ. i. mell. ʒ. ii. misce. Ad idem valet succus herbe passerine ⁊ est herba cū qua passeres recupant sibi visum. Tertiū est. ℞. stercoris birūdinis subtiliter pulverizati. ʒ. ℈. faui mell. qō sufficit ad incorporandū misce ⁊ incorporent cuz aq̄ acori. vel eufragie fiat collirīū ⁊ est mirabile. Quartū est quo vtitur gerard⁹ cōiter. ℞. spume maris. ʒ. ii. zuchari albi. ʒ. i. fiat pulvis subtilissimus. sed si albugo sit antiqua oz prio mollificari albugo cū lacte ⁊ aqua decoctionis fenugreci. vel malue bismalue palee ordei vel anene postea poterunt collīria. Primū est raz quod est summe bonum. secundum est collirium corticū ouorum recentiuz modicū cōbustoz stercoz lacerte viridis spume maris sarcocolle nutrite in aqua celidōie: cerose lote añ. ʒ. i. lapidis calamīaris thutie bñ pparate serapi galbani añ. ʒ. ℈. ossis sepie. ʒinzib. al. añ. ℈. i. fellis vituli. ℈. ij. pulverizāda pulverizent subtilr misce cū aqua celidonie. Tertium est secretū ⁊ est aqua rosmarini facta sub terra. ⁊ fit hoc mō hēatur olla vitrea munda ⁊ ipleat floribus rosmarini ⁊ ponatur sub terra in estate calida p. xl. dies. Aqua illa vocatur aqua rosmarini. Quartū est. ℞. floreris. ʒ. i. thuris. ʒ. ij. vitrioli viridis de quo fit ēcaustum. ʒ. ℈. spume maris celidonie rute rosmarini añ. ʒ. xii. illa quamor. s. celidonia ruta ros. rubea. ⁊ acori, pistent tādiu donec medietas sit cōsumpta colet ⁊ cū illa colatura misceat pulvis aliarū rerum. siccentur in vmbra ⁊ post exiccationē terant ⁊ ex super marmore ⁊ fiat hoc quater. in fine autez optime teratur ⁊ cribellet ⁊ cū pēna ponatur super albula hoc medicamen confortat visum ⁊ delet albuginem absq; dolore ⁊ angustia. ¶ Notandum tertio ꝙ vltimum remedium est ꝙ removeatur albugo per chirurgicū cū acu ⁊c. ¶ De scabie palpebrarū ⁊ sebel. ¶ Almansor.

Notandum circa rubricam ꝙ sebel est morb⁹ officialis causatus ex repletione venarū oculi ⁊ maxime conjunctive. ¶ Notandum secundo ꝙ in illo casu seu morbo possunt esse quinq; morbi officiales. Primo in via quia oppilatio. Secundo figura quia illud qō debet esse gibbosum in oculo est planum. vel ecōtra. Tertio in quātitate q⁹ est additio rei preter naturam. Quarto i numero q⁹ est aliquid pter naturā supra conjunctivaz. Quinto in situ q⁹ est in superficie illud qō oz ee in profundo. ¶ Notandum tertio ꝙ repletio potest ee per venas extrinsecas ⁊ tunc est magna in facie rubedo. ⁊ quandoq; pervenit p venas intrinsecas ⁊ tunc non apparet tanta rubedo. ¶ Nota quarto ꝙ scabies est asperitas pua cum rubedine accūs post obtalmiā ⁊ vicera ⁊ existit in intrinseca parte palpebre. assimilatur enim palpebra cum invertatur ⁊ specialr cronica ficui sicce scisse vel divise. ¶ Notandum qnto ꝙ causa huius egritudinis est plurimum vt egritudo antecedens vt optalmia vel vicus. sed cā eam tenens est carnositas generata a materia salsa derivata a cerebro per venas ad oculum. ¶ Notandum sexto ꝙ simul Raz determinat de sebel ⁊ scabie in eodem capitulo. quia per easdem medicinas removetur. Dixit tamen Gerardus ꝙ nunq; vidit ꝙ sebel curaretur nisi cum ferro. ¶ Notandum septimo ꝙ signa huius passionis ⁊ vtriusq; hītur ex visu ⁊ extactu ⁊c. ¶ Almansor.

Quam palpebra inversaī ⁊ interius appareret rubea ⁊ aspa. scabies adest. Et cum super alba oculorū ⁊ super nigredinez videtur similitudo panniculi ex venis rubeis ⁊ grossis testis adest passio que vocaī sebel. Hic vero due passiōes sunt graues ⁊ chronice ⁊ vix curabiles. ¶ Syllanus.

¶ Hic determinat de scabie ⁊ sebel ⁊ dividitur ī tres. primo ponit signa. Secundo ostendit quomodo he passiōes se habent ad curationem. Tertio ponit curā. Secūda ibi.

(Hic vero due). Tertia ibi. (Patiens). Prima dividit in duas. Primo ponit signa scabiei. Secõ põit signa febel Secunda ibi. (Et cũ sup). De prima dicit q cũ palpebrã inersatur ⁊ interi' apparet rubea ⁊ aspera tunc ẽ scabies. (Et cum super.). Hic ponit signa febel ⁊ dicit q cũ super alba oculoꝝ ⁊ super nigredinem videt similitudo pãniculi ex venis rubeis ⁊ grossis textis tunc est febel. (He vero due). Ostendit quomodo se hñt ad curã. dicẽs q he due passiões sunt graues ⁊ chronice ⁊ quasi incurabiles. Ratõ q̃ materia est multa ⁊ valde grossa. quare est difficilis ad remouendum. ideo aliquando oportet facere incisionem cum ferro. ¶Almansor.

¶Patiens tamen dum sanus est flebotomia ex brachio ⁊ fronte ⁊ uentris solutione uti õbet Et i comestiõe uitare dactylos ⁊ sisamos ō mel le ⁊ uitet ebrietatem. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curam ⁊ dividit in duas. Primo põit curaz q̃ iste passiones sunt recentes. Secõ q̃ sunt chronice. secunda ibi. (Nõ si passiones). Prima in tres. Primo ponit curã per euacuationẽ. Secõ per dietam. Tertio p illa que approximant ab extra. secunda ibi. (Et in comestiõe) Tertia ibi. (Et q̃ non). De prĩa dicit q patiens dz uti flebotomia facta ex brachio ⁊ fronte ⁊ solutõe vẽtris. ¶Nota tandũ q̃ anteq̃ ponat medicamẽ i oculo cõpetit flebotomia ⁊ solutio vẽtris ad phibẽdũ fluxũ humoꝝ ad oculũ. (Et in comestiõe). hic ponit curã p dietã ⁊ dicit q̃ i comestione dz euitare dactilos ⁊ sisamos de melle. rõ q̃ ex istis multiplicat mã ⁊ ponit apta ad fluxũ ad oculos. Secũdo dicit q̃ dz euitare ebrietatem. ratio q̃ replet cerebrum ⁊ oculos. ¶Almansor.

¶Et quando non est plenus sepe ingredi balneum est ei utile. ¶Syllaus.

¶Ponit curã per ea que approximant ab extra. ⁊ dividit in duas. Primo ponit p balneũ. secundo p collíria. secũda ibi (Et frequenter). De prima dicit q̃ q̃ corp⁹ nõ est plenũ. sepe ingredi balneũ ẽ vtile. rõ q̃ subtiliat et mollificat materiã ⁊ disponit eam ad resolutionem. ⁊ dicit q̃ corpus nõ est plenum q̃ in corpe pleno fieret maior fluxꝰ ad locũ. ideo ⁊c. ¶Almansor.

¶Et frequenter ũnittere oculo sieph rubeu similiter confert. sieph rubeũ. ℞. ematitis colcothar cõbusti ambaꝝ añ. ʒ. iii. eris usti. ʒ. ii. myrrhe croci amboꝝ añ. ʒ. i. pipis lõgi. ʒ. ſ. conspergant ex uino ueteri ⁊ fiat ex eis sieph. His preterea egritudib⁹ cõfert sieph uiride. cui⁹ descriptio in capꝰo de ungula cõtinet. ¶Sylla.

¶Hic ponit curã p collíria ⁊ dividit i duas ꝑs q̃ duo ponit collíria. scõa ibi. (bis preterea). De prima dicit q̃ sepe mittere in oculũ sieph rubeũ est vtile. rõ q̃ tale est abstersiuũ ⁊ consumptiuũ. Secundo ponit descriptionem sieph p̃dicti ⁊ ẽ tal. ℞. ematitis colcothar combusti añ. ʒ. iii. eris usti. ʒ. ij. myrrhe croci. añ. ʒ. i. pipis lõgi. ʒ. ſ. cõspergantur vino veteri ⁊ fiat ex eis sieph ⁊c. (bis preterea). hic põit curã per aliud sieph dicens q̃ i his ãbabus egritudinibus cõfert sieph viride. Descriptio ponit in capitulo de vngula. ℞. ziniar. ʒ. iij. colcothar usti. ʒ. vi. arsenici rubei. spume maris baurach oĩum añ. ʒ. i. salis amoniaci. ʒ. ſ. ãmoniaci ʒ. ii. armontiacũ cũ succo rute dissolvatur ⁊ spẽs ex eo conspergant fiat ex eis sieph est. n. mirabile. rõ q̃ corrodit illas venas parnas. ¶Notandũ q̃ vltra collíria predicta sũt alia valde vtilia. Primũ est. ℞. cortices vnius ouí cum de gallina oritur infundatur in aceto forti per dies. x. ⁊ postea desiccent pulverizent subtiliter ⁊ ponat pulvis in oculoꝝ Scõm collirĩũ. ℞. salis amoniaci infusi per noctẽ in succo rute postea siccati. stercoris muꝝ zucbari albi subtiliꝫ pulverizati añ. ʒ. ii. fiat collirium cum aqua eufragie aut cum lacte mulierum. ¶Almansor.

¶Quod si passiones iste uetuste fiant scabies fricatione indigebit ⁊ febel extractione non tamen mensure huius libri conuenit ut de his tractemus. ¶Syllanus.

¶Hic ponit curã quando p̃dicte passiones sunt antiq̃ dicens q̃ si ille passiones fuerint antique ⁊ chronice. scabiei indigebit fricatõe cum ferro. ⁊ febel indigebit incisione. Secundo dicit q̃ ad hunc liberũ non pertinet hic modus cure. ſz supra ad septimũ vbi determiat õ chirurgia. ¶Illo tandũ q̃ scabies põt curari cũ zucharo albo. vel cũ sale armoniaco vel cũ spuma maris. vel cum ferro cũ quo vẽto satores faciũt plagas ⁊ fiat talis fricatio q̃ sanguis ide exeat ⁊ cũ eo ẽt aliquid de illa carne aspersa ⁊ scabiosa remoueatur ⁊ est melior modus remotionis malicie. post abrasionẽ cum ferro. abluatur locus cũ aqua calida ⁊ aliquãto aceti. ⁊ distellet super fricatione ciminũ masticatũ in pane in ortu solis. ponat supra locum rasum ⁊ scabiosum pulvis citrinus qui sic fit. ℞. sarcocolle. ʒ. x. succi celidonie ficci ʒ. iii. licij aloes añ. ʒ. ii. croci. ʒ. i. ſ. spume maris. ʒ. ſ. terantur in mortario ⁊ super marmore cribellẽtur ⁊ fiat pulvis ¶Secundo notandum q̃ febel oportet suspendi cũ vncinis. deinde incidi cum rasorio ⁊ hoc non bene fit nisi per illum qui vsus est in operibus istis. deinde ponatur supra locum liaqua cimini masticati in pecia. vel vitellus ouí cũ albumine postea pulverizet locus cũ pulvere citrino dicto. vel cũ collirio viridi vel rubeo supradictis.

¶De lachrymalibus cum pruritu. ¶Sylla.

Notandũ circa rubricam q̃ lachrymale ẽ duplex s. maius ⁊ minus. Maius sunt duo anguli iuxta nasum. Sed minus sunt duo alij anguli extrĩ seci. ¶Notandum scõ q̃ licet in qualibet parte oculi possit fieri pruritus rõne humoris acuti ⁊ salsi. tamẽ in lachrymalibus interioribus magis fiunt propter superfluitates acutas ⁊ salsas descendentes ad ipsa lachrymalia ex multitudine viarũ existentiũ in ipsis maioꝝ. ¶Almãsor.

Ad iuua tenera sumat ⁊ terat ⁊ fiant ex ea magdaleões parui ⁊ ex oleo uiolato inungantur ⁊ oculis superponant. et in hora dormiẽdi ligent. rosatum tamẽ melius est et citius ꝓfert. Et si hoc nõ suffecerit lentes absq̃ corticibus et sumach et ro. ru. et granati carnositas sumãt et ꝓtrita ex careno ꝓspergant et more emplastri superponant. Nõ si nõ suffecerit prius flebotomet patiens ex cephalica. deinde ex uena frontis et ex uenis que sunt in lachrymalibus angulis. uenter quoq̃ frequẽter ſoluat et multoniẽs balneũ ingrediatur. ¶Syllaus.

¶Hic determinat de pruritu apparente in lachrymalib⁹ oculoꝝ ⁊ dividit in tres. Primo ponit curam per vnuz locale. Secundo per aliud. Tertio ponit aliam curam quando primum non sufficit. secunda ibi. (Et si hoc non(. Tertiã ibi. (Quod si non sufficeret). De prima dicit q̃ volendo remouere pruritũ lachrymalibus endiuia tenera debet sumi ⁊ conteri ⁊ ex ea debent fieri magdaleones parui ⁊ iungi ex oleo viol. ⁊ superponi oculis ⁊ in hora dormiendi superligari. Ratio remedij q̃ ipsum alterat malam complexionem calidam cum sit frigidum ⁊ sic remouet acuitatem humoris facientis pruritum. Secundo dicit q̃ oleuz ros. est melius q̃ viol. ⁊ citius confert. q̃ est magis repercussiuum ⁊ sic repercutit materiam quod non facit violatum. (Et si non) ponit curam per aliud locale quando primum non sufficit ad curam. ℞. lentes sine corticibus sumach ros. ru. ⁊ carnositatem granati ⁊ contrita cum careno quod est magis frigidum ⁊ stipticum. ¶Notandum q̃ carenum al' rob. i. vnum coctum cõmuniter accipitur p vino cerueso. sed spãliter sumitur pro quolibet succo ispissato vsq̃ ad tertiam partem. ⁊ de isto loquitur raſ. (Nõ si non). hic ponit curam per quedam alia remedia quãdo

De vngula

predicta non sufficiunt dicens primo q̄ si predicta nō sufficiant patiens debet flebotomari ō cephalica. rō quia diuertit a capite ⁊ ab oculis humores acutos. deinde competit flebotomia ex vena frontis. ⁊ ex venis que sunt in lacbrymalibus. rō q̄ immediatius fit euacuatio materie acute facientis pruritus. Secūdo dicit q̄ venter dz̄ sepe euacuari cū medicina. i. per quā euacuatur humor acutus vt colera, vl̄ flegma salsum. Tertio dicit q̄ cōueniens ēt est vt ingrediatur balneū. rō q̄ remittit acuitatē humorū. ¶ Notandus q̄ in cura pruritus licet rasi posuerit curam mō p̄dicto est p̄cedendū. Primo; euacuādo cū flebotomia vel cū medicina. deinde cōueniunt p̄dicte medicine frigide approximate ab extra. deinde cōueniunt balneū vel spōgia sepe ifusa in aqua tepida. Ultimo cōuenit ablutio oculi cū aqua celidonie v̄bene eufragie vel feniculi coniunctim vel diuisim.

¶ De vngula. ¶ Syllanus.

Notandū circa rubricā q̄ vngula est excrescentia media inter carnosam ⁊ neruosam. Unde vngula est macula alba in nigredine oculi tendens versus pupillam animalis cuius figura ē ad modum vngule. ¶ Notandū scōo q̄ vngula ē ex frigida materia cogulata ⁊ condensata in loco que distillat a cerebro. ¶ Notandū tertio q̄ vngula est duplex quedā tenuis ⁊ subtilis nō plurimū p̄hibēs visionē. quedā grossa ⁊ chrōica p̄hibēs visionē. ¶ Notādū quarto q̄ queda fit incipiendo. vt quando causatur sine alio morbo precedēte a materia grossa flegmatica. quedam fit per viam sequele ad alium morbum ⁊ dr̄ accūs. vt q̄ sequitur vicus cuz oculus nō pfecte mūdatur a mā. ¶ Almansor.

Quum aliqd pāniculo simile ex angulo q̄ est ex parte naris oriri videt ⁊ albū oculi cooperire ⁊ peruēit vsqz ad nigredinē generatur passio que dicitur vngula. Cuius nocumentū tunc soluendum est peius cum peruenit vsqz ad nigredinis partem que est iuxta pupillam. ¶ Syllanus.

¶ Hic rasi determinat de vngula. ⁊ diuidit in tres ptes. Primo ponit signa. Scōo docet cognoscere quādo ē qua Tertio pōit curam. scōa ibi. (Cuius nocumentū) tertia ib (hec igitur). De prima dicit q̄ cū aliquid simile pāniculo intrinseco pāniculo oculi videt oriri ⁊ albū cooperire ⁊ cōuertat vsqz ad nigredinem signū est q̄ vngula ē in oculo ⁊ hoc ex visu medici pōt cognosci qñ est parua hec passio dicens q̄ qñ hec passio puenit ad nigredinē iuxta pupillā. tunc talis passio non est pua. rō q̄ sua grossitie phibet trāsitum spērū ad cryſtallinū. ¶ Almansor.

¶ Hec igitur passio dum subtilis est cum sieph viridi ⁊ sieph de calcanto est medicanda. Si autem vetusta fiat ⁊ grossa cum ferro est euellenda. ¶ Syllanus.

¶ Hic ponit curā. ⁊ diuidit in tres. Primo ponit curam quando est vngula recēs ⁊ subtil. Scōo qñ ē antiq̄ ⁊ grossa. Tertio q̄ mētionē fecerat de sieph de calcāto ⁊ de sief viridi ponit descriptionē illoz. scōa ibi. (Si aūt vetusta). Tertia ibi. Sieph. De prima dicit q̄ qñ vngula est subtil ⁊ recens curat cum sieph viridi. ⁊ cū sieph de calcāto. rō q̄ talia sunt abstersiua fortiter corrosiua ⁊ consumptiua materie. ¶ Notandū q̄ ante approximationē taliū dz̄ purgari caput cū pillulis cochijs. ⁊ cū alijs euacuantibus flegma ¶ Notandū secundo q̄ añ predicta collyria sūt approximāda alia debiliora. Primū. ℞. stomachū passerū excoriatarū. ʒ. ſ. olei amigdalax seis bōbicis. q̄ sufficit. misce ad modū vnguēti. Scōm. ℞. viride eris vitreoli salis armoniaci eris adusti añ. ℈. ſ. trium generū pipis fragmentoz scintelle terre viridis serapini galbani añ. ʒ. i. fellis bircini. ʒ. ij. pulueriz̄entur subtiliter cum succo maiorane ⁊ modico mellis. fiat collirium. Si autem vetusta. Ponit curam in antiqua. dicens q̄ si vngula est antiqua ⁊ grossa est remouenda cum ferro. rō quia non posset remoueri cum medicinis propter eius duritiem adherentiam ⁊ grossitiem. ¶ Notandum q̄ talis vngula antiqua debet suspendi cuz vncinis ⁊ incidi cum rasorio. deinde confortari locus cum albumine ouj ⁊ vitello ⁊ oleo ros. mixto deinde super locum potest poni collirium album vel rubeum ſm descriptionem que statim ponetur. Collirium album. ℞. cerusse lote. ʒ. x. opij. ʒ. i. pſilij. ʒ. i. amili. ʒ. ij. mistis cū lacte mulieris vel cum aqua ros. Collirium rubeum. ℞. eris vsti. ʒ. ii. florum eris. ʒ. iii. myrrhe croci. añ. ʒ. i. piperis. ʒ. ſ. terantur ⁊ mistis cum vino albo ⁊ distilletur per alēbicum. vel terantur oia quater ⁊ super marmore ⁊ infundātur in vino quater exicentur ⁊ in fine cribellentur cum petia ⁊ fiat sieph vel pulus ⁊c. ¶ Almansor

¶ Sieph viride qō cōfert sebei ⁊ scabiei ⁊ vngule ⁊ albugini. ℞. ziniar. ʒ. iii. colcothar vsti. ʒ. vi. arsenici rubei baurach: spume maris omnium añ. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ſ. āmoniaci. ʒ. ii. armoniacū in succo rute dissoluat ⁊ spēs ex eo conspergant ⁊ fiat ex eis sieph. est enim mirabile. sieph de calcāto qō ꝓfert vngule. ℞. eris vsti calcāti amboz añ. ʒ. v. ziniar. ʒ. ii. salis armōiaci. bauracb arsenici sublimati oīuz añ. ʒ. i. terant ⁊ per hebdomadā vnā dimittant. deinde fiāt ex eis sieph ⁊ fricet ungula cū eis. ¶ Sylla.

¶ Hic ponit descriptionem sieph viridis. ⁊ diuidit in duas. Primo ponit descriptionem sieph viridis. scōo sieph de calcāto. secunda ibi. Sieph. De prima dicit q̄ sieph viride qō confert scabiei ⁊ sebei vngule ⁊ albugini ponit sic in forma. ℞. ziniar. ʒ. iii. colcothar vsti. ʒ. vi. arsenici rubei baurach. spume maris oium añ. ʒ. i. salis armoniaci. ʒ. ii. armoniacum cū succo rute dissoluat ⁊ spēs ex eo cōspergantur ⁊ fiat sieph. Sieph. Ponit descriptione: sieph de calcanto quod confert vngule. ℞. eris vsti calcanti amborum añ. ʒ. i. ziniar. ʒ. ij. salis armoniaci baurach arsenici sublimati omnium añ. ʒ. i. terantur ⁊ per vnam hebdomadam dimittantur ⁊ fiat ex eis sieph. deinde fricetur ex eis vngula ⁊ cetera.

¶ De macula rubea vel alia re in oculo. ¶ Syllan⁹

Notandū circa rubricam q̄ macula in oculo rubea nō est aliud nisi sanguis rubeus adherēs cōiunctiue. ¶ Scōo notandū q̄ cā huiu⁹ē duplex ſ. extrinseca ⁊ intrinseca. Extrinseca vt percussio. Intrinseca vt multitudo sanguinis rōne cui⁹ resudat sanguis extra vēas i albedie oculi. ¶ Almansor.

Quum in oculo ex pcussione aut ex re alia punctum rubeum fieri cōtingit sanguis qui ibi est dissoluēdus est. postqz estuatio quieuerit. ¶ Syllāus.

¶ Hic determinat de macula rubea ⁊ diuiditur in duas. Prio ponit curā in generali. Secūdo in speciali. secunda ibi. Sumatur. De prima dicit q̄ si contingat fieri punctuz rubeum ex percussione vel ex re alia. q̄ sanguis ibi existēs est resolvendus. secūdo dicit q̄ resolutio debz fieri postq̄ estuatio quiuit. Rō pz q̄ in tpe estuatōis fieret maior attractio sanguinis ad locum ⁊c. ¶ Almansor.

¶ Sumatur igitur arsenici rubei olibani armoniaci myrrhe oīum añ partes equales ⁊ fiant ex eis sieph q̄ in succo coriādri fricent ⁊ in oculo distillentur. Quādiu tñ dolor perseverat albumē ouj sumēdū est ⁊ oleo ros. cōmiscēdū ⁊ coctū ex eis iuolutū oc ko ē supponēdū. ¶ Sylla.

¶ Ponit curā in speciali. ⁊ diuidit in duas. prio pōit vnū medicamen resolutiuum. Secundo ponit curam ītēdēdo ad dolorem. secūda ibi. Quādiu tñ. De pria dicit q̄ debet

sumi arsenici rubei olibani myrrhe armoniaci oium añ. p/tes equales fiat ex eis sieph fricentur in succo coriandri ⁊ p oculum distillentur. ¶ Notandum q̄ in macula rubea q̄ materia est in fluxu conuenit primo flebotomia diuersiua vt flebotomia cephalice partis contrarie vel ventosatio in spatulis ⁊ collo. deinde debet liniri venter. deinde oportet transire ad localia repercussiua ⁊ ex eis primum est. ℞. al bumínis ouí bene agitati ⁊ vna gutta in oculum distilletur ⁊ lac mulieris puellam lactantis. Ad idem. ℞. petias infusas in succo solatri mixto cum albumine ouí ⁊ oleo ros. Ad idē fundantur petie in aqua decoctionis coriādri in qua dissoluatur bolum ar. ⁊ psilium. ad idem. infundatur bōbix i al bumine ouí ⁊ oleo ros. ⁊ superponatur oculo. Si aūt materia sit fluxa intentio est ad dissoluendū sanguinem in oculo existentem. Et ex eis vltr est istud primum. Sanguis recens colūbi vel turturis si capiat sub ala ⁊ distillet in oculum ⁊ fuit erptus multis vicibus. Ad idē. ℞. olibāi salis gēme añ. ʒ.i. pulverizent ⁊ distillent in lacte mulieris ⁊ fiat collirium. ad idē. ℞. aquam raphani distillatā ⁊ est mirabilis q̄ dissoluit lapidem in renibus. ad idem valent emplastra. Primum fit de foliis raphani vnis passis mundatis ab arūl' ⁊ stercore columbino. Scōm fit ex foliis salicis solum ⁊ est specialissimum. ad idem valet suffumigatio facta cum aqua decoctionis hysopi origani ⁊ similium. (Quāuis tamen). hic ponit curā intendendo ad dolorem dicens q̄ q̄n dolor pseuerat albumē ouí cū oleo ros. debet misceri ⁊ superponi. Ratio quia repercussiuum est ⁊ doloris mitigatiuum.

¶ De lachrymis oculorū. ¶ Syllanus.

Notandū circa rubricā q̄ lachryme sunt duplices. s. voluntarie ⁊ inuoluntarie. voluntarie sūt duplices. Prio pp ratificationem meatuū oculi. vt in gaudio. Secundo ex constrictiōe vt in tristicia. Inuolūtarie fiunt duplr. Primo ex magna debilitate tōtentiue oculoꝝ. ⁊ de istis non est sermo. Secūdo fiunt ex multitudine superfluitatum descendentiū a cerebro ad oculos. vt in habentibus cerebrum humidū ⁊ de istis loquitur raſ. ¶ Secundo notandū q̄ causa lachrymarum pōt esse incisio vngule vel alterius infirmitatis in oculo existentis. que cuꝫ ferro ab oculo remouet. q̄nqꝫ pt esse multiplicatio hūoris acuti aut salsi. aut humidi nō acuti. ¶ Tertio notandum q̄ signa lachrymarū ꝓuenientium ab humore acuto vel salso sunt pruritus vel ardor vel ilsatio in loco quem lachryme tangūt ⁊ q̄ stomacho ieiuno ⁊ tempore calido ⁊ hora calidiori magis leduntur ⁊ q̄ vsus rex calidarum acutarum ⁊ salsarum infestat patientem. ratio signorum pꝫ. signa lachrymarum que non fiunt a materia calida sunt multitudo lachrymarum specialiter in hyeme ⁊ tempore frigido ⁊ post cibum multiplicantur. ⁊ nō sentit dolorem nec inflammationem nec punctura in oculis nec in partibus quas tangunt. similiter vsus rerum humidarum ⁊ nimius potus vini eas multiplicat. Ratio signorum patet. ¶ Almansor.

Quam lachrymales oculoꝝ anguli sp humidi videnť patiens quotidie ieiunꝰ in gredíať balneū. Et in oculis istud alcochol mittat. ℞. thutie. ʒ.x. coralli ru. mirabol. citrini. fricati aloes oiuꝫ añ. ʒ.ii. pipis. ʒ.ʒ. fiat ex eis pluis q assidue mittať in oc'o. ¶ Sylla.

¶ Hic ponit curam lachrymaꝝ ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam per balneum. secundo per collirium. Secūda ibi. (Et in oculis). De prima dicit q̄ vbi anguli lachrymarum oculorum fuerint humidi patiens omni die dꝫ ingredi balneum. Ratio q̄ balneum educit materias ad extra ⁊ consumit eas ⁊c. ¶ Notandum q̄ dictum raſ. verificatur premissa enacuatōe vl aliter nocent. (Et in oculis) Ponit curam per collirium dicens q̄ in oculis dꝫ pulvis poni qui sic fit. ℞. thutie. ʒ.x. coralli rubei mirabolani citrini fricati oium añ. ʒ.ii. pipis. ʒ.ʒ. fiat ex eis pulvis q assidue mittať in oculum. Rō q̄ est pulvis multum desiccatiꝰ.

¶ Notandus q̄ lachryme possunt remoueri quattuor modis. primo cum repercussiuis. secundo cum attractiuis materie ad partem contrariam. Tertio cū enacuatiuis. Quarto cum consumptiuis materie. primo cū repercussiuis sic. ℞. corticū granatoꝝ lentiū excorticataꝝ añ. M.i. pistent ⁊ incorporent cū mucillagine dragaganti. ad idez. ℞. aloes achatie pulueris glandiū licij boli ar. gūmi arabici añ. ʒ.i. ī fundāť in albumine ouí vl cū mucillagine dragagāti pōatur super oculos ⁊ frontē. ad idē ponāť petie infuse i succo sempuine vel solatri mixto cū agresta ⁊ cū pulvere glādis myrrhe boli ar. ad idē. ℞. nucis cipressi mumie sanguis draconis masticis dragaañ. ʒ.ii. pulverizent ⁊ incorporētur cū albumine ouí vel cū mucilagine dragagāti. ad idem abluāť sepe oculi cū aqua pluuiali ꝺcoctōis gallaꝝ myrrhe boli ar. nucis. cipres. sit aq̄ ablutionis semp calida. Sed cuꝫ attractiuis curanť lachryme ⁊ si de materia calida cum flebotomia vl cū ventosis. si sint de materia frigida curantur cum gargarismatibus ⁊ cū medicis trahētibus mām adnares de qbus supra dictū est vel cū cauterio facto in occipitio vel in loco vbi terminatur digitus medius cum cōponitur radix palme supra radicē nasi. pfundādo vsq̄ ad os ⁊ fit cuꝫ ferro. posset tñ fieri potentiale cū cantaridibus. ⁊ dimitti debet locꝰ apertus vsq̄ ad. xl. dies. sed cum enacuatiuis curanť lachryme cum flebotomia ex cephalica quando materia fuerit calida vel cū medicinis enacuātibꝰ mām a capite q̄les sūt pille cochie ſerapigra ⁊ ea que posita sūt supra. c. de soda ꝓueniēte ex flegmate. si materia sit frigida. sed cū ꝓsumptiuis curanť lachryme ⁊ exiccatiuis ⁊ de bis primū tbutia cū aqua mirti in lachrymalibus ponatur. ad idem pulvis ossium mirabolanoꝝ kebuloꝝ modicū cō bustoꝝ cum aqua myrti. ad idē. ℞. thutie ablute i aq̄ myrti. ʒ.i. corall ai. ⁊ ru. mirabolanoꝝ kebuloꝝ ꝓbustorū modicū sumach gallaꝝ masticis olibāi aloes opii oiuꝫ añ. ʒ. . pulverizent subtiliter misce cum aqua infusionis dragagāti ⁊ gummi arabici dissoluantur cum aqua myrti ⁊ fiat collirium. Ultimū remediū est scindere aliqs venas tēporū. sed timendum est de defectu nutrimenti ⁊c.

¶ De debilitate visus. ¶ Syllanus.

Notandum circa rubricam q̄ debilitas visus potest causari dupliciter. Prio ex nocumento causato in organo. scilicet in oculo vel in partibus eiꝰ Secundo ex nocumento causato in instrumēto vt in spiritibus visibilibus. Primo modo fit ex egritudinibus contingentibus in oculo vt accidit ex optalmia ⁊ similibus. Secundo modo fit quinq̄ modis. Primo modo per rectificantia nimis ⁊ disgregantia vt lux magna albedo ⁊ cetera. Secundo per spirituum densitatē vt sunt colores nigri tenebre ⁊c. Tertio per consumptiua ⁊ resoluentia vt vigilie ⁊ abstinentie. Quarto per prohibentia transitum spirituum ad oculos vt sunt humores flegmatici opilantes vias ⁊ neruos opticos. Quinto per offuscantia ⁊ obtenebrantia vt sunt vapores ⁊ fumi grossi. Ad propositum determinat hic raſ de debilitate visus proueniente ex nocumento in instrumento. scilicet in spiritibus tribus vltimis modis dictis. Secundo nota q̄ tripler ē actio lesa visus. s. diminuta corrupta ⁊ ablata. Diminuta est qñ obiectum cōprehenditur eo mō quo est sed diminute seu imperfecte. Corrupta est quando obiectum comprehenditur aliter q̄ est vt patet in scotomia vt quādo corrumpitur debita proportio potentie ad obiectum vt pꝫ in apprehendendo rem nimis splendidam. Actio ablata est quando nihil apprehenditur vt pꝫ in cecis. Ad propositum primo ⁊ secundo modo sumitur. ¶ Almansor.

Si cū debilitate visus humiditatis signa apparuerit manifesta que i tempore famis ⁊ exercitii parū per dissoluanť pillule cochie multonēs erūt tribuēde. Nutrimētuꝫ quoq̄ patiētis deficcatiuū eē dꝫ. Et eger semp cogēdꝰ ē vomere. Pulueres etiā ꝺsiccatiui oculis sūt imittēdi. ¶ Syllanus.

De debilitate visus.

¶ Hic determinat de debilitate visus. ⁊ diuiditur in tres. Primo ponit curam debilitatis visus quando prouenit ex repletione. Secundo quando puenit ex inanitione. Tertio explicat quedam localia. s. collyria valētia in debilitate visus ex repletione puenīente. secunda ibi. (Nō si cuz p̄dicta.) Tertia ibi. (Confectio alcochol.) Prima in duas. Prio ponit curam per euacuationez. Secundo per localia. s. per iniectionem pulueris in oculum. secūda ibi. (Pulueres.) Prima in duas. Primo ponit curam per euacuationem per secessuz. secundo per vomituz. secūda ibi. (Et eger.) Prima in duas. primo ponit curam per secessum. secūdo per dietā. secūda ibi. (Nutrimentū.) De prima dicit. si cū debilitate visus fuerint signa humiditatis manifeste tūc pillule cochie sunt tribuende. ¶ Notandum ꝙ signa debilitatis visus p̄opter humiditatez a cerebro ad oculos currētē sunt ꝙ multiplicat̄ post comestionem ⁊ somnuz. ⁊ facitez nauseam p̄opīe: ⁊ ꝙ ante oculos videntur quedam humiditates aliquando in modum aque descendentis vel in modum nebule oculi humidi apparent. ⁊ emittunt lippitudinem indigestam post somnum specialiter. Ratio signoꝝ patet. Signa debilitatis visus que est p̄opter stomachum absq; eo ꝙ in cerebro sit humiditas. vel aliqua talis infirmitas. q; infirmitas cessat ⁊ non fit semp ideo fortificatur euz est repletio nauseatiua: ⁊ destruitur cum fames adest ⁊ ieiunium ⁊ sobrius citius sentit alleuationem medicaminis mundificantis quādo est ex stomacho q̄ quādo est ex alijs causis. ratio patet. ¶ Secundo notandum ꝙ pillule cochie sunt p̄uenīētes q̄n materia peccat in cerebro. ¶ Tertio notandum ꝙ anteq̄ dentur dicte pillule competit tale digestiuum. ℞. radicis accoꝛi coꝛticuz radicū fenículi dauci carui seminis fyleris añ. ʒ.i. roſ. ru. vuarū passarū ab arillis mūdatarum. añ. ʒ.i. florum sticados arabici. florū anthos añ. ʒ.ß. aque celidonie. ʒ. v. zuchari al. mellis electi añ. lb. ſ. fiat siruꝑus clarificatus vſuz ad q̄r. v. ¶ Quinto notandum ꝙ si debilitas visus venit ꝑpter stomachum vtplurimuz cōtingit. q; a stomacho elevantur fumi grossi. quia digestio prima fit in stomacho. tunc digestiuum debet esse oximel compositum vel squillitic̄ū cum aqua decoctionis fiseleos hysopi ⁊ feniculi. euacuatio fieri debet cum pillulis aureis vel stomaticis vel cum pigra. ¶ Notanduz sexto ꝙ si debilitas visus p̄uenīret a materia melācholica in cerebro oꝛ esse tale digestiuum. ℞. buglose boraginis coꝛticum radicis feniculi ana q̄r. ſ. maioꝛane. M. ij. verbene eufragie rute ſicce fileris mōtani fumiterre añ. M. i. cuſcute seminis feniculi añ. ʒ.i. seminis sebasici añ. ʒ.i.ſ. ligrute rase vuarū passaꝝ sine arillis. añ. ʒ.i. tbimi epithimi folioꝝ sene añ. q̄r. i. aque boraginis aque fumiterre añ. ʒ. v. mellis electi zuchari albi añ. lb. ſ. fiat siruꝑ clarificat̄ vſq; ad q̄r. v. Medicina laxatiua est talis. ℞. yerelogodion. ʒ.ſ. malaxetur cum aqua feniculi fiant pillule. (Nutrimentū.) Ponit curam per dietam dicens ꝙ nutrimentū debet esse deſiccatiuum. Ratio vt humiditates exiccent̄ ⁊ consument̄. ideo cōuenit caro assata. s. castrati pullorum turturum perdicum ⁊ fasianoꝝ. De potibus vero vtatur aqua mellis q; melioꝛ est vino. ¶ Notanduz ꝙ vſus feniculi in omnibus suis comestionibus ⁊ ante cenam ⁊ post est valde vtilis. ⁊ idem est de fiseleos. (Et eger.) Ponit curam per euacuationem dicens ꝙ infirmus est cogendus ad vomitū. ⁊ maxime quando est debilitas visus ꝑpter stomachū. Ratio q; maxime exiccat ⁊ cōſumit materiam facientem ipſaz ⁊ mundificat stomachuz ab humiditatibus superfluis. (Pulueres.) Hic ponit curam per localia. s. per puluores oculis ꝑponēdos dicim⁹ ꝙ in oculis debēt poni puluores exiccatiui. s. positi supra. Ratio ꝑ q; exiccant ⁊ ꝑsumunt materiam facientem debilitatem visus. ¶ Almansoꝛ.

¶ Nō si cum predicta egritudine affuerint siccitas ⁊ coꝛporis macies nutrimentum erit augēdum ⁊ vinum in potu est tribuendū ac super caput ipſius aqua tepida fundēda ⁊ incuruatio super eam facienda. Balneum preterea ingrediatur in quo tamen nō multū sudet. naribꝰ quoq; oleum de amigdalis dulcibus atq; auribus est imittenduz. oculis vero lac adolescentis quaq; die est iniciendum. quod etiam frequenter fieri conuenit. Hec quoq; debilitatis visus species fortioꝛ fit in tempore famis: ⁊ cum venter vacuus fuerit. ¶ Hyllanus.

¶ Ponit curam per localia ⁊ diuiditur in quatuoꝛ ſm ꝙ quatuoꝛ localia ponit partes patent. De prima dicit ꝙ sup caput aqua est fundenda ⁊ incuruatio super ea est fienda. ratio quia humectat per viaz irroꝛationis substantia oculi. igitur ⁊c. (Balneum.) Ponit curam per balneum dicēs ꝙ patiens debet ingredi balneuz non tamen in quo multū sudet. ratio quia humectat totum coꝛpus. rationem subdit quod non debet multum sudare. quia esset causa exiccationis. (Naribus.) Ponit curam per aliud locale dicens ꝙ in naribus ⁊ auribus debet mitti oleum de amigdalis dulcibus. ratio qꝛ habet humectare cerebruz. ⁊ per cōſequēs oculos. ideo ⁊c. (Oculis.) Ponit curam per aliud locale dicens ꝙ in oculis debet poni qualibet die sepe lac mulieris adolescētis. ratio qꝛ habet humectare substantiam oculoꝝm. (Hec quoq;.) Hic docet per signa hanc debilitatē visus cognoscere ex inanitione dicens ꝙ hoc cognoscit ex duobꝰ. primū qꝛ fit fortioꝛ tempore famis. Ratio quia fit maioꝛ resolutio spirituū. Secūdo quia fit fortioꝛ q̄n stomachus est vacuus. potest tamen poni vnicū signū. ¶ Notādum ꝙ signa debilitatis visus ex inanitione sunt quia alleuiantur tempore somni ⁊ post comestionem. hoꝛa aūt famis fit fortis. oculi quasi ficci videntur. sentiē puritus hoꝛa ieiunij specialiter. ratio signoꝝm patet. ¶ Almansoꝛ.

¶ Confectio alcochol quod valde acuit visum qui causa humoꝛis debilitatur. ℞. thutie ablute ⁊ siccate. ʒ. xx. deinde extrahatur succus sanſuci viridis ⁊ per noctem vnam residere dimittatur ⁊ coletur ex quo thutia conſpersa dimittat quouſq; siccetur: postea teratur: deinde sumant. ʒ. piperis nigri macropiperis celidonie omnium añ. ʒ. ii. salis armoniaci. ʒ.i. cum thutia fuerit. ʒ. xx. post hec omnia terantur ⁊ ex succo teneri feniculi conſpergantur ⁊ siccata iterum terantur ⁊ reponant ⁊ cū neceſſe fuerit oculis imittantur: ad hoc preterea valde ꝓfert sief de fellibꝰ Hyl.

¶ Hic explicat quedam alia localia cōferentia in debilitate visus ex repletiōe ⁊ diuiditur in duas ſm ꝙ duo explicat. secūda ibi. (Ad hoc preterea.) De prima ponit descriptionem cuiusdā puluꝛis. ℞. thutie ablute exiccate. ʒ. xx. deinde extrahatur succus sanſuci viridis ⁊ per noctē vnā residere dimittat et coleꝛ ex quo thutia cōſpersa dimittat quouſq; exiccetur deide terat̄. postea sumat̄ piperis nigri. ʒ. macropiperis oīuz añ. ʒ.ij. salis armoniaci. ʒ.i. cum thutie fuerint. ʒ. xx. pistentur hec oīa ⁊ terant̄ ⁊ de succo feniculi aſperganꝫ ⁊ exiccent̄ ⁊ iterū terantur ⁊ reponant̄ ⁊ cum neceſſe fuerit oculis imittant̄. ⁊ dicit̄ confectio alcochol qđ valde acuit visum qui debilitatur causa humoꝛuz. ¶ Notandum ꝙ in cura debilitatis visus prouenientis ex repletione valent plura alia. Primum semel in hebdomada recipere tyriace. ʒ.i. vel. ſ. cum vino vel cum aqua rute vel feniculi ⁊ est de melioꝛibus rebus in debilitate visus ⁊ cōſeruatione et cetera. Ad idem. ℞. bethonice celidonie eufragie hyſopi pulegij omnium ficcoꝛum añ. ʒ.ſ. seminis feniculi fileris montani aniſi coꝛiandri p̄parati seminis maioꝛane seminis basilici cardamomi ana. ʒ.ſ. interioꝛum cinamomi. ʒ.ß. galange nucis muſca. añ. ʒ.ſ garioſ. piperis longi ligni aloes polij. masticis spice nardi ana. ʒ. .coꝛticis citri conditi. ʒ.ij. conſerue boraginis conſerue anthos ana. ʒ.ij. aque roſate. aque feniculi anā. ʒ. v. zuchari albi

De tumore palpebraz.

quantū sufficit. fiat electuarium in bolis. Ad idem mirabolani kebuli conditi mirabiliter valent. Ad idez electuarium serpentinū est enis speciale qz pellit superfluitates a cerebro. ideo valet in lepra. paratur enis sic remoueat caput ꝛ canda ꝛ coquat in vino: post conficiatur. Ad idem vsus ramorum rute in vino hora comestionis iuuat ꝛ est expertum. (Ad hoc ꝓterea.) Hic exemplificat fm locale: dicens ꝙ in cura debilitatis visus ex repletione valde confert fief de felibus. ratio qz subtiliat. ¶ Notandū ꝙ fella omnia abstergunt oculum ꝛ visum clarificant. Ex animalibus ꝓceligāt fel hirci gazel bouis lepozis apri vsi testudinis vulpis hedi capze. Ex volatilibus aquile vulturū austuris accipitris: ꝛ omnium viuencium de rapina. hirundinū passeruz galli ꝛ perdicū. Ex piscibus: fel fabze ꝛ porci marini ꝛ sūt iuuamenti. ¶ Notandus ꝙ per ista intelligit alia. Primus aqua celidonie distillata verbene eufragie feniculi: rute singulariter ꝛ cōiuncti. Ad idem iniectio balsami. Ad idem liquoz qui currit ex epate porci quando assatur ꝛ larde ꝛ cuz pipere longo. ꝛ valet specialiter comestū ꝛ oculos suffumigando. ꝛ hoc faciebat gerardus de solo. Ad idē. ℞. fileris montani maiozane rute celidonie eufragie feniculi: añ. ʒ. i: ʒ. 33. al. spice nardi pipis longi gariofil. tbutie ꝓparate sarcocolle bene nutrite in lacte ligni aloes añ. ʒ. ʒ. pulueriz̄ada pulueriz̄ent cōquassanda cōquassent liquefiant liquefīēda ꝛ misce in estate calido sole existēte agitando quotidie sicut zucha. rosa. in hyeme vero super cineres calidos reseruet in vase mundo ꝛ in oculis distillet ꝛc.

¶ De tumore palpebraz. ¶ Syllanus.

Notandū est circa rubricā ꝙ causa tumoris palpebrarum est duplex. Una est extrinseca vt cā sus percussio ratione cui⁹ fit fluxus humoz ad palpebras. Alia est causa intrinseca. ꝛ talis pōt esse materia calida. ſ. sanguis vl cholera ꝛ materia frigida. ſ. flegma ꝛ melācolia. ¶ Secundo notandū ꝙ signa tumoris sunt eadem cum signis dictis ſ. c. de optalmia que fit ex sanguine cholera flegmate ꝛ mlia. ¶ Almā.

Epithimetur ex epithimate quod in capto ō optalmia noiauim⁹. ¶ Syl.

¶ Hic determinat de tumore palpebrarum a causa extrinseca vt a casu vel percussione in cuius cura competit emplastrū doloris sedatiuum vt est emplastrum de vitell' ou cuz oleo rosato factum. ratio patet. In cura tumoris palpebraz a sanguine vel cholera cōuenit predictum emplastrum: ratio quia ꝓhibet fluxum mitigat dolorē ꝛ alterat malam complexionem. In cura quando ꝓuenit ex ventositate competit emplastrū factuz ex farina milij ꝛ aqua feniculi ꝛ semine cymini. In cura quando ex flegmate ꝓuenit cōpetit emplastrum factū ex tyriaca: vel ex trifera magna ꝛ aloes cū modico aque feniculi ꝛ aceti. In cura quando ex melācolia ꝓuenit cōpetunt primo mollificantia. deinde resolūtiua: ꝛ post emplastrum vel cerotuz mollitiuū cum oleo amigdalarum dulcium.

¶ De pilis inuersis. ¶ Almansor.

Notandum circa rubricam ꝙ triplex est pilorum seu in pilis palpebrarū nocumentū. Primus est multitudo pilorum. Secundū est paucitas. Tertium est ꝓlongatio eorū vnde aliquando intrant oculum. Ad ꝓpositum de tertio itelligitur. Secundo notandū ꝙ causa multitudinis pilox palpebrarum est fortitudo causarū generantiū pilos vt fortis caliditas cōuertens materiā in fumosos vapores ꝛ multitudo materie vt fumosorum vaporum ꝛ raritas palpebrarū ꝛ paucitas pilorum. Causa paucitatis est debilitas causarū generantium eos. vt paucitas caliditatis non potentis conuertere materiam in fumos paucitas materie ꝛ densitas palpebrarum. Sed causa ꝓlongationis pilorum est multitudo materie. ¶ Almansor.

Si pilus fuerit vnus aut duo alius pilis palpebraz cum mastice sunt annectēdi aut oleo seni vel radicitus euellantur et loca a quibus euulsi sunt cū ferro acuto aut acu adurantur. si autem multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidatur loqui tamen de hoc nostri libri mēsura pretergreditur. ¶ Syllanus.

¶ Hic determinat de pilis cōuersis ponendo curam. ꝛ diuiditur in duas. Primo ponit curā quādo pilus fuerit vn⁹. Secundo ponit curam quando pili fuerint multi. ibi scōa. (Si autē multi.) De prima parte dicit. si pilus fuerit vn⁹ aut multi quia duo intrantes oculum. Modus cure est duplex. Unus vt cum mastice aut cū oleo de kerui annectat alijs pilis. Secundus modus est vt radicitus euellantur ꝛ ꝛ loca a quibus sunt diuulsa cauterizentur cuz ferro ignito aut acu. ¶ Notandū ꝙ cura huius est remotio. ꝛ modus remouendi est duplex. Unus vt remoueantur cum forficibus ꝛ misceantur cum pilis palpebrarum vt cum aliqua gūma adhereant vt est mastix gumma pini ꝛc. Secundus modus est vt eradicentur ꝛ postea eius generatio ꝓhibeatur. Et ꝓhibet. primo generatio cū cauterio actuali vt cum acu cauterizentur poꝛus per quez transit ille pilus. Ad idem fiat inunctio cum vnguento facto ex oleo mādragore ꝛ mucilagine psilij ꝛ modico aceti ꝛ camphore. Ad idem opium dissolutum cum mastice. si in foramine post eradicationem ponatur confert. Si autem. hic ponit curaz quando pili fuerit multi dicens primo ꝙ quādo multi fuerint necesse est vt caro palpebre incidat. Secundo dicit ꝙ loqui de hoc non pertinet ad hunc libū: sed ad. vij. in quo determinat de chirurgia ꝛc.

¶ De aqua descendente in oculis. ¶ Syllanus.

Notandum circa rubricaz quid sit cataracta. Est enim morbus officialis. ſ. oppilatio causata ex aqua sitnata inter humorem albugineuz ꝛ coꝛneam tunicam. ¶ Secundo notandū ꝙ cataracta fit ex materia flegmatica vel melancholica descēdente a cerebro ad oculos existente aliquando inter vueam ꝛ coꝛneam. ¶ Tertio notandū ꝙ cataracta fit aliquādo ex vitio cerebri: quia vapozes venictes a cerebro per neruos vsq; inter humorem albugineum ꝛ coꝛneam tunicam ibi condensantur ꝓpter frigiditatem oculi: vnde conuertunt in aquam sicut patet de pluuia quando a sole elenantur vapores vsq; ad mediam regionem aeris: ideo in principio videtur homini ꝙ videat muscas ꝛ similia. ¶ Quarto notandum ꝙ cataracta diuersificatur in quantitate. qz aliquando est magna oppilans pupillam. ꝛ tunc ꝓhibet visum. Aliquando est parua solum vnam partem occupans ꝛ sic nō ꝓhibet visum ex toto. Vel occupat solum partem inferiozem vel superiozem vel mediam. sicut in medio. ꝛ tunc omnia videnē sic perforare. ¶ Quinto notandum ꝙ spēs cataracte sunt tres distinguēdo ex parte substantie. ſ. subtilis grossa ꝛ mediocris. ꝛ vocat cataracta subtilis in principio quando aqua est multum liquida. ꝛ talis nō potest remoueri acu. sed medicinis ab intra applicatis ꝛ ab extra. Vocatur quandoq; grossa quando est antiqua ꝛ aqua est congelata multum ꝛ talis non curatur acu nec medicinis. ꝛ ꝓpter adherentiam ad partes oculi non potest curari acu. Vocatur aūt media quando talis aqua nō est multum liquida nec cōgelata ꝛ talis potest curari cum acu. ¶ Notandū sexto ꝙ signa ad cognoscendū ꝙ cataracta sit in media dispositione. Primus est sumptum ex parte coloris vel albi: vt margaritaz. Scōm signū ē si patiēs pōt diminute respicere claritatem loci. Tertium si claudatur oculus infirmus ꝛ fricetur palpebra aliquando ad finistrā ꝛ frequēter aperiatur post. si illa aqua dilatetur ꝛ post redeat ad dispositionem primaz. Quartū si claudatur oculus sanus ꝛ pupilla oculi infirmi apparet ꝙ dilatat. ¶ Septimo notanduz ꝙ spēs cataracte diuersificanē ex parte loci. qz q̄daz fit ꝓpter oppilationē nerui. q̄ substātia oculi ꝛ color eius nō variat ꝛ vocat gutta serena. Quedā fit ꝓpter oppilationē factam ex mā in tunicis oculox. ꝛ hec est duplex. Quedā fit ex aq̄ descēdēte q̄ nō ē ꝑfirmata aliqñ ꝛ aliqñ est ꝑfirmata. Quedam fit ex materia simili aque descēdēti. ꝛ est plus grossuz generatū in tunicis oculox ꝛ dicit albaminat. ¶ Octauo

De aqua descendente in oculis

notandū q̄ signa aque incipientis descēdere sunt q̄ ante oculos videt volare aliquid in modū muscarū. rō q̄ mā que p̄sentatur chrystalline faciens illas species ē subtilis et rara. ideo ⁊c. Signa cronice ⁊ cōfirmate sunt. q̄ prohibet visum. Ratio ꝓpter grossitiem materie. Secundo videt pupilla cum aspicitur oppilata. Ratio ꝓpter materiā grossam. Tertio videt aliqd esse rei extranee in modū tele vel pānī hñs colorē extraneū a cornea ⁊ vuea i pupilla ⁊ modi illius sunt plures. q̄ quedā est clara. quedā ad modū puris: Signa eius que in modū puris sunt. Primo q̄ñ medicus cōmouet caput infirmi cōmotiōe forti videt manifeste pus ad inferiora descēdere. Ratio ꝓpter fluxibilitatē ⁊ q̄ñ medicus experit cum acu de eleuatiōe si fit cataracta cōfirmata descendit ad inferiora. si nō eleuatur ꝓpter spissitudinem suam absq̄ cōglutinatione substantie puris. ⁊ hec est dr̄ia manifesta inter pānum ⁊ pus. Signa eius que est pp oppilationem nerui optici ⁊ dicit gutta serena. sunt primo q̄ñ antecessit dolor frontis ⁊ oculor. Ratio patet. Secūdo in substātia oculi nō apparet aliq̄ macula imo vident clari. Ratio quia oppilatio est in neruis ⁊ non i substantia oculi.

¶ Almansor.

Quandoq̄ videt alicui q̄ ante se bēat cimices vl̄ alia pua corpa subtilia ⁊ radiosa. Nō aliq̄n cā stomachi aliq̄n ex proprio nocumēto ipsi⁹ oculi cōtingit: ideoq̄ differētia iter hec duo cōsiderāda est: neq̄ ꝑ quo est babēdū cuj hoc accñs euenerit. Ex eo nāq̄ qō cā stomachi accidit. nō ē multū timēdū q̄ oculo nocumētū iferat. Ex eo vero qō ex ꝓprio vitio oculi cōtingit valde timēdū est hoc. n. aque prīci piū exīstit. Hec āt passio dū recēs ē ⁊ i principio cū medicinis curabilis est sed cū iā ad pfectionē deuenerit sanari nō pōt nisi cū icisione ⁊ fortasse etiā incisio prodesse non poterit. ¶ Byllanus.

¶ Hic determinat de cataracta vel aqua descēdēte in oculum. ⁊ diuidit in q̄tuor. Primo ponit signa cataracte incipientis. Secūdo docet cognoscere q̄ñ hec passio est curabilis ⁊ q̄ñ nō. Tertio docet cognoscere q̄ñ hec passio ꝓuenit vitio stomachi ⁊ q̄ñ vitio cerebri vel oculi. Quarto ponit curam eius que ē ꝓpria oculo. scōa ibi. (Hec aūt passio.) tertia ibi. (Quapropter.) Quarta ibi. (Cū aūt.) Prima in q̄tuor. Primo ponit curā cataracte. Scōo ponit diuersitatez ex parte cause. Tertio ostēdit q̄ hec passio q̄ñ accidit nō est parui pēdēda. Et quarto ponit que fit deterior cataracta an facta ex vitio stomachi an ex vitio oculi. Scōa ibi. (Nō aliq̄n.) Tertia ibi. (Neq̄ pro pauco.) Quarta ibi. (Ex eo nāq̄.) De p̄ma dicit q̄ aliq̄n alicui apparet q̄ hz ante se pulices. aut alia corpa parua subtilia ⁊ supple. hoc est signum cataracte. ratio q̄ tūc inter corneā ⁊ albugineuz sunt vapores ſm quorū grossitiē ⁊ subtilitatē. videntur ab extra diuersa que nō sunt. (Nō aliq̄n.) Ponit diuersitatē ex parte cause dicens q̄ hec passio aliq̄n contingit ex vitio stomachi: aliq̄n ex ꝓprio nocumento oculi. subdit q̄ iō hec differētia est cognoscēda inter ipsam. ratio p̄z. (Neq̄ pro pauco.) Hic ostendit q̄ hec passio dum accidit nō est parui pendēda. ratio q̄ ꝓpter ipsam seq̄t maximū nocumētū in visu. s. ablatio. ⁊ deinde toti corpori. (Ex eo nāq̄.) Hic ostēdit que est deterior an facta ex vitio stomachi vel oculi dicens q̄ si accidat ex causa stomachi nō est multū timēdū. ratio quia ad mundificationē stomachi sequit mundificatio illius ⁊ remotio illius. sz si accidat ex ꝓprio nocumēto oculi est valde timenduz. Ratio q̄ talis ꝓprie dicit cataracta. et nō ita faciliter remouet. (Hec aūt passio.) Hic ostēdit q̄ñ hec passio est curabilis cū medicinis ⁊ quādo nō. Primo dicit q̄ q̄ñ hec passio est recens. q̄ nō est cōfirmata. sed in principio tunc est curabilis cū medicinis. Secundo dicit q̄ quādo est chronica tunc nō potest curari nisi cū depositione cum acu. aliquando non. Ratio est dicta supra. ¶ Notandum q̄ cura cum acu sic fit. Corpore mūdificato tempore veris vel autumni. recipiat acus rotundi capitis ⁊ ꝑforet cornea a parte lachrymali minori versus inferius ⁊ volue do acum sit fones in tunica cōiunctiua ⁊ transit illa acus iter tunicam vueam ⁊ corneam ⁊ caput illius acus ascidit versus superius ⁊ trahit versus inferius. ⁊ quando est tracta parum quiescat ⁊ postea trahat acuz. deinde ponat emplastrum super locum ex vitellis ouī ⁊ oleo ros. Alij addunt crocum ⁊ patiens stet in loco obscuro septem diebus oculis clausis. ¶ Almansor.

¶ Quapropter dr̄ia iter hec duo p̄dicta diligēter est iuestigāda q̄ ē, put dicem⁹. Q̄ñ imaginationes vident vtriq̄ apparere oculo estimādū est hoc cōtingere ex vitio stomachi ⁊ ecōuerso. Et cū imaginatiōes i hora fastidii ⁊ i hora male digestiōis ꝑa solito vident: hora aūt famis ⁊ laboris pauciora apparēt: existimādū ē ēt hoc ex stomacho eē. ⁊ si ex quo iste imaginatōes accidērūt duo ꝓterierūt menses aut plures ⁊ i pupilla nō fuerit visa cōturbatio: existimādū est hoc ex stomacho eē: q̄ñ aūt iste imaginatōes sibi aggregate fuerint pillulas cochias in potu tribue. ⁊ si passio oīno remouet: iam existimationes p̄dicte certificate erūt. si aūt vni tm̄ oculo apparuerint ⁊ vno modo in horis oib⁹ p̄māserint existimādum ē utriū aque adesse precipue cū i pupilla nō fuerit obfuscatio: nanq̄ si fuerit in pupilla dubitatio iam tunc erit sublata. ¶ Byllanus.

¶ Hic docet cognoscere primo quando hec passio proueniat vitio stomachi. Secundo quādo vitio oculi. secūda ibi. (Si autem.) De prima dicit q̄ differentia est cognoscenda inter predicta. De secundo dicit q̄ si apparent ista signa. Primum si imaginationes predicte appareant ſm vtrūq̄ oculum. Secundū ⁊ cum hec in hora fastidij ⁊ male digestionis appareant plus solito ⁊ pauciores in hora famis et laboris. Tertium postquā ille imaginationes apparuerūt si pretereant duo menses vel tres ⁊ in pupilla non fuerit aliqua conturbatio visa. Istis signis arguendum est hanc passionem esse vitio stomachi. patet ratio signorum bene intuēti. ¶ Notandum q̄ vltra predicta signa additur aliud signum. si aliquando alleuiatur ⁊ granatur tunc est ex stomacho. ratio patet. (Si autem.) Hic docet cognoscere quando hec passio est ex vitio oculi: dicens q̄ si predicte imaginationes accidāt ſm vnum oculum tantuz ⁊ permaneant in tempore equales. si in pupilla non appareat obscuratio arguendum est ibi esse vitium aque. Subdit q̄ si fuerit obscuratio in pupilla tunc non erit dubium. ratio huius patet. ¶ Almansor.

¶ Cum aūt passio in oculo ꝓpria fuerit prohibendū est infirmo ne cū uentosis minuat sanguinem nec ex brachio: nec comedat pisces nec oīa que humectare possunt. ¶ Byllanus.

¶ Ponit curam eius quando est ex vitio oculi: ⁊ diuiditur in duas. Primo ostendit a quibus est abstinendum. Secundo prosequitur ponendo curam. secunda ibi. Venter quoq̄. De prima dicit q̄ si hec passio fuerit in oculo propria prohibendum est, ne fiat euacuatio sanguinis cum ventosis vel per flebotomiam ex brachio. Ratio quia hec passio est ex materia frigida et remouendo sanguinem magis infrigidaretur ideo et cetera. Secundo dicit q̄ patiens non debet comedere pisces nec alia humectantia: quia ex eis magis augeretur materia cataracte. ¶ Notandum q̄ dictum rasis verificatur nisi quis vellet ingrossare cataractam vt acui subijciatur. ideo tunc competunt pisces sed assati. ¶ Almansor.

De noctilopis.

¶ Venter quoq; frequenter soluendus est ex pillulis cochiis. Et eger ex calefactiuis ⁊ deficcatiuis nutriendus est. hydromel preterea ī potu est ei tribuendum. ¶ Syllanus.

¶ Prosequit ponendo curam ⁊ diuiditur in tres. Prio ponit curam per euacuationez. Secundo per dietā. Tertio p localia. Secunda ibi. (Et eger.) Tertia ibi. (Et oculis.) De prima dicit q caput est purgandū sepe cum pillulis cochiis. ratio quia cum illis materia flegmatica euacuat a capite faciens cataractam. Ad idez valent pillule lucis mee. Ad idem valent pillule fine quib⁹ esse nolo nicolai. Ad idem pillule de iera magna. ¶ Notandū secundo q ante exhibitionem pillularuz competit sirupus digestiuus dict⁹ in. c. de debilitate visus ⁊c. (Et eger.) Ponit curam per dietam. Et primo dicit q eger debet nutriri ex cibis calefactiuis ⁊ deficcatiuis. Ratio patet. Secundo dicit q ī potu est dandum hydromel. Ratio quia vinum est nimis vaporosum ⁊ hoc debet esse tempore sue curationis. ¶ Notādum q cibi cōuenientes sunt carnes castratoz pullorz perdicum fasianoz turturū columboz ⁊ oīuz auium viuentiū in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ plus assata q̄ elixata. comedat se niculum ⁊ semen eius. condiantur eius cibaria cuz pulvere qui sic fit. ℞. piperis longi. ʒ. ſ. cinamomi. ʒ. ſ. cardamomi. ʒ. iii. croci. ʒ. ii. vel. i. ſ. ¶ Almansor.

¶ Et in oculis fief de fellibus mittēdus. fief de fellibus qdē ꝑficit aque in principio ⁊ dilatatiōi pupille ⁊ eis qui post occasum solis non vident ⁊ tenebrositati visus que est ex humore. ℞. fellis gruis fellis sabot fellis byrcini fellis accipitris fellis aquile fellis perdicis oīuz siccoz vnū aut plura. sumantur quoq; de omnibus. ʒ. x. istoz siccoz euforbii collogntide serapini oīuz añ. ʒ. v. trita aggregent ⁊ conspergant ex succo feniculi teneri ⁊ mittatur in oculum. ¶ Syllanus.

¶ Dic ponit curaz per localia: ⁊ diuiditur i duas. Primo in generali: secundo in speciali ponendo descriptionem q̄ndam fief de fellibus. secunda ibi. (Fief.) De prima dicit q in oculis mittendum est fief de fellibus. Ratio q; habet virtutem subtiliandi ⁊ consumendi materiam specialiter fel auium de rapina viuentium vt aquile. (Fief.) Dic ponit descriptionem fief de feminibus ⁊ proficit in principio aque ⁊ dilatationis pupille ⁊ eis qui post occasum solis nō vidēt ⁊ debilitati visus que ex humore est. ℞. fellis gruis: fellis sabothi piscis fellis vsi fellis accipitris. fellis aquile: fellis perdicū. omnium siccorum vnum aut plura sumant pro omnibus. ʒ. x. istorum siccoz collogntide ferapini euforbij. omnium añ. ʒ. i. trita aggregentur ⁊ cōspergant ex succo feniculi teneri ⁊ mittantur in oculum. ¶ Notandus q loco huius valet collirium hoc. ℞. balsami fellis accipitris añ. ℥. ij. electuarij albi. piperis añ. ℥. i. conficiantur cuz aqua raphani fiat collirium ⁊ oculis instilletur. deinde odoret maioranam frequenter. Ad idem. ℞. fel capre gruis aquile vulturis. aut aliquod ex istis ⁊ ī scutella vitreata misce cum. ʒ. i. tutie. ʒ. ſ. amoniaci. ⁊. ʒ. ß. floz eris. ⁊. ʒ. i. salis ru. ⁊. ʒ. ſ. spume maris que omnia trita ⁊ cribellata fint in qua mixtione addant succi celidonie feniculi rute añ. ʒ. iiii. vini albi libram. i. hoc totum distilletur per alembicū vel dimittatur hoc totum ad solem per. xl. dies. postea coletur ⁊ iterum ponatur in vase vitreo ad solem per dies q̄tuor ⁊ reseruetur. Si autem non ponatur vinuz: exiccatur hoc totum ad solez ⁊ fit pulvis ex omnibus qui teritur sup marmore in fine dierum. xl. quatuor ⁊ ponitur in oculo. hec pulvis delet mirabiliter cataractam. ¶ Secundo notandum q rasis ponit si egritudo provenit a stomacho curatur cum exhibitione oximellis squillitici vel compositi. ʒ. ſ. aque decoctionis feniculi hysopi. ʒ. iiij. deinde cum euacuatione facta cuz pillulis cochiis vel fetidis vel aureis de octauo in octauum cum dieta ficca ⁊ cū potu aque mellis.

¶ De noctilopis. i. ō illis q post occasū sol' nō videt. Syl. Circa rubricam est notandū q; alig sunt q bene vident de die ⁊ male de nocte. ⁊ aliqui q male vident de die ⁊ bene de nocte. Ratio vtriusq; est. nam quando spiritus sunt valde subtiles ⁊ clari bene vident de nocte ⁊ prope noctem. s. prope occasum solis. q; spiritus aggregant ⁊ cōdensantur aduenīente nocte. precipue est verum in habentibus spūs subtiles ⁊ paucos. sed male vident de die q; ratione luminis diei spiritus magis sparguntur vt pz in cattis. ſz spirit⁹ quādo sunt grossi valde bene vident de die ⁊ male i nocte. quia in nocte ingrossant nimis. in die vero subtiliantur ratione lucis diei. ¶ Secundo notandum q aliqui sunt bene videntes a longe ⁊ male de prope ⁊ illud quando spiritus sunt grossi ⁊ multi. ⁊ causa est q; tales spiritus indiget multo lumine ⁊ magno motu: ⁊ hoc est in re que videt de longe ⁊ non in re que videt de prope. Alij sūt qui bene vidēt prope ⁊ male longe. ⁊ hoc est quando spiritus sunt pauci ⁊ subtiles: q; non sustinent magnum motum nec magnuz lumen: ideo ⁊c. Alij sunt qui male vident a longe ⁊ a ꝓpe ⁊ illud est quando spiritus sunt grossi ⁊ pauci. q; rōne paucitatis nō possunt sustinere magnum lumen nec magnum motum qō requiritur si res a longe debeat videri: ⁊ ratiōe grossitiei indigent subtiliatione que fit per magnū motum ⁊ magnum lumen. ⁊ hoc non potest esse si res videatur de prope. Alij sunt qui bene vidēt a longe ⁊ de prope. et illud est quando spiritus sunt clari multi subtiles: quia rōne claritatis ⁊ subtilitatis non indigent subtiliari: ⁊ si nō indigent multo lumine nec motu. ⁊ per cōsequens bene vident de ꝓpe. sed rōne multitudinis possunt sustinere magnū lumē ⁊ motum: ⁊ ideo bene vident longinqua. ¶ Almansor.

Ad hoc vtile existit epar bircinum scindere ⁊ ponere super vnam sectionē piper longum ⁊ cooperire ipsum ex alia sectione pipere longo in medio existente: deinde ponere ipsum in furno ⁊ dimittere ipsum donec assetur ⁊ deficcetur ⁊ nō comburatur quo facto piper longum quod in medio erat sumatur ⁊ bene teratur cum pauco musco. deinde ex liquore qui ex epate assato expressus fuerit conspergatur ⁊ siccetur ⁊ in oculum mittatur. aut fel capri num cum melle mixtum in cucuma super ignem coquatur: deinde radius in eo illinitus ī mittatur in oculum. Quod autem magis valet ad hoc est vt fief de fellibus in oculum mittatur. Si autez hec non suffecerint venter soluatur ⁊ sanguis ex duabus cephalicis ⁊ ex fronte minuatur ⁊ regimen subtilietur. ¶ Syllanus.

¶ Dic determiat de noctilopis q̄ntū ad curā: ⁊ diuiditur in duas. Prio ponit curā p q̄dā localia. Scōo ostendit qd fiendū q̄ñ p̄dicta nō sufficiūt. scōa ibi. (Si aūt hec.) Prīa in tres ꝑs q tria localia ponit. scōa ibi. (Aut fel.) Tertia ibi. (Nō aūt magis.) De prīa dicit q valde vtile ē facere qō ponit i lra. s. scindere epar capr̄inū ⁊ ponere sup vnam sectionē pip lōgū ⁊ ip̄m cooprire cū alia sectōe pipe i medio exīte. deide ponē ip̄z i furno ⁊ dimittē ip̄m donec exiccet q̄ fcō pip qō i medio erat sumat ⁊ bñ terat cū pauco musco deinde ex liq̄re q ex epate assato exp̄ssus fuerit cōspgat ⁊ siccet ⁊ i oculū mittat. ¶ Notādū q rō remedij ē q; subtiliat pp pip lōgū ⁊ valz q; epar bircinū iuuat a tota ꝓpetate q̄cūq; mō sumat. (Aut fel.) Dic pōit aliud locale dicens q fel capr̄inū cū melle mixtū i vase sup ignē misceat deide radi⁹ eo linit⁹ mittat i oculū. Rō remedij ē q; fel hz virtutē sbtiliādi ⁊ mel hz vtutē abstergēdi ⁊ acuēdi. ió ⁊c. (Nō aūt.) Ponit curā p aliud locale dicēs q illud plus valet. s. fief de fellib⁹ i oculis missuz. ¶ Notādū q p illud itelligit oīa que dicta sunt in. c. de debilitate visus. ideo recurratur.

De dilatatione pu. ⁊ fistula lacrymalis

ad illud ⁊c. (Si autem.) Hic ostendit quid fiendū qñ p̄dicta nō sufficiūt. Et dic primo q̄ si p̄dicta nō suffecerit ꝺbet fieri enacuatio p̄ secessum. Ratio vt enacuet materia flegmatica a capite que causat grossitiem in spiritibus ⁊ turbulentiam. Secundo dicit q̄ sanguis ex duabus cephalicis et ex fronte debet diminui. Ratio ad remouendū plenitudinem in corpore si sit. vnde cōmunicant multi vapores ad oculum. Tertio dicit q̄ dieta debet subtiliari. ratio patet.

¶ Notandum q̄ de cura illius qui de die videre nō potest est vt regatur dieta ipinguatiua generatiua sanguinis grossi ⁊ spissi vt sunt extrema porcelloꝝ ⁊ animalium ⁊ agnoꝝ ⁊ bibat vinum rubeum nō dulce limphatum. ponat i oculo aquaz rosar. mixtam cum succo solatri ⁊ gūmi arabico ⁊ dragaganto ⁊ psilio q̄ inspissant spiritū clarum ⁊ subtilem ⁊ tunicas raras ⁊ oculoz reddunt robustum. Aperire illos tales in hoc casu sepe in aqua vetrigoris est valde vtile. ratio patet de se.

¶ De dilatatione pupille. ¶ Syllanus.

Notandum circa rubricam q̄ pupilla idem est quod foramen tunice vuee. ¶ Notanduz secundo q̄ in pupilla fit duplex nocumētū. Vnū est dilatatio. Aliud est constrictio. Dilatatio est duplex. s. naturalis ⁊ accidētalis. Naturalis ē a principio generatōis. Accidētalis fit post generationē: ⁊ talis fit a causa extrinseca vt a casu vel percussione. Uel a causa intrinseca ⁊ hoc dupliciter vel ex inanitione ⁊ hoc ex humoribus malis deficcantibus vueam. vel ex repletione scilicet ex humoribus aquosis relaxantibus tunicam vueam: de hac est plus sermo. Sed constrictio est duplex. s. naturalis ⁊ accidentalis. Naturalis semper est ad bonum: quia in eo virtꝰ est vnita. Accidentalis est duplex: vt ex inanitione. s. cū tunica est exiccata in omnibus partibus qz tunc partes cōtrahuntur. Uel ex repletione. s. ex humore grosso existente inter tunicam vueam ⁊ corneam cōprimentem vueā ab intra. Rasis solum ponit curam de nocumento quod est dilatatio: quia eadē est cura dilatationis ⁊ cōstrictionis quādo fuerit a repletione. ¶ Tertio notandum q̄ signa dilatationis ex humiditate sunt. Primum q̄ ipsa pupilla videt dilata. Secundū qz humiditates fluunt per oculum nares et palatum. Tertium quia apparent signa humiditatis communia in facie capite ⁊ in oculis. Quartum quia fit subito ⁊ non paulatim. Ratio patet. Signa eius que fit a siccitate sunt arefactio oculorum ⁊ frontis. Secundū quia hūiditates nec apparent nec fluūt ab oculis naribꝰ ⁊ palato. Tertium quia paulatim fit ⁊ nonsubito. ratio patet. Signa eiꝰ que fit a dolore aut percussione manifesta sunt ex variatiōe lucis. ¶ Almansor.

Cum pupilla adeo dilatari videtur vt vndiqz pertingat ad albedinem: fueritqz hoc post vehementem cephalee dolorem: parua est habenda fiducia in eius cura. ¶ Syllanus.

¶ Determinat de dilatatione pupille. ⁊ diuiditur in duas. Primo ostendit quando dilatatio pupille est incurabilis. Secundo ponit curam eius que est curabilis. secunda ibi. (Sed si.) De prima dicit q̄ vbi pupilla. i. foramen vuee dilatetur sic q̄ pueniat vndiqz ad albedinez ⁊ ptingat post vehementem dolorem tunc parua fiducia est habenda in cura. ¶ Notandum q̄ ratio dicti est qz signum est q̄ prouenit ex superflua inanitione. vnde exiccate sunt humiditates ⁊ tunice oculoꝝ. Ratio patet. ¶ Secundo nota q̄ si dilatatio ꝓueniens ex dolore esset in pricipio ⁊ non esset multum dilatata curatur ponendo super oculum lentes excorticatas pistatas ⁊ mixtas cum bolo ar. ⁊ cum puluere mirtilozum ⁊ aqua ros. ⁊ vino granatorum ⁊ succo berberis. Ad idem. ℞. solatri temperatiue plantaginis misce infundantur in eis ⁊ ponantur super oculis sepe die ⁊ nocte. Ad idem infundantur petie in aqua ros. in qua dissoluta sit tucia: ponantur super oculum. Ad idem valet cauterium positum in posteriori parte capitis. s. in occipitio ⁊ in anteriori profundando vsqz ad os ⁊ specialiter post purgationem cum pillulis de iera conuenientibus ad dolorem capitis. ¶ Almansor.

¶ Sed si dilatatio parua fuerit: tunc assidua solutionez ventris ex cochijs multotiens: ⁊ fief de fellibus in oculos est mittendus. ¶ Syllanus.

¶ Ostendit quando dilatatio est curabilis ponendo curam ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam eius que fit a cā intrinseca. Secundo ostendit quomodo se habet dilatatio pupille proueniens ex percussione quantum ad curam. scōa ibi. (Quid si pupillam.) De prima dicit q̄ si dilatatio pupille est parua pro cura oportet assiduare ventris solutionē cum pillulis cochijs. ratio patet. Secundo dicit q̄ in oculo debet poni fief de fellibus. ¶ Notandum q̄ anteq̄ pillule cochie dentur debet premitti digestiū. ¶ Almansor.

¶ Nō si pupillam post percussionē dilatari cōtingat non est inde timendum: quia remouebit. Fiat itaqz emplastrum ex farina fabarum ⁊ camomilla ⁊ e uisco cū vino ⁊ aqua. ¶ Syllanus.

¶ Hic ostendit quomodo se habet dilatatio pupille proueniens a causa extrinseca scilicet ex percussione q̄tum ad curam. ⁊ diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo ponit curam. secunda ibi. (Fiat itaqz.) De prima dicit q̄ si cōtingat dilatari pupillam post percussionez non est timendū ⁊ rationem assignat quia curabitur. (Fiat itaqz.) Ponit curam dicens q̄ debet fieri emplastrum ex farina fabarū camomilla mixtis cum aqua ⁊ vino. ¶ Notanduz primo q̄ hoc magis cōpetit in processu quia abstergit ⁊ mundificat. ¶ Notandum secundo q̄ hoc emplastrum repercussiuz competit in principio. scilicet tale. ℞. farine fabaruz farine ordei añ. z. ij. olei ros. z. s. vnum vitellum oui bene agitatū: cum succo endiuie misce quantum sufficit. fiat emplastrū. Ad idem aqua ros. ⁊ succus solatri vel semperuine cuz albumine oui ponatur super oculum. ¶ Tertio notandum q̄ in principio debet flebotomari ex cephalica partis contrarie. Ratio patet.

¶ De fistulis que in angulis lachrymalibus fiunt. ¶ Syllanus.

Notandū est. circa rubricam q̄ fistula est vicus sordidum concauum exterius strictū ⁊ interiꝰ latuz cum callositate in fundo. ¶ Secundo notandum q̄ fistula causatur ex humoribus male qualitatis fluxis ad oculum in lachrymali q̄ humores ad oculos fluxi corrodunt carnē lachrymalis. anguli ⁊ vicerant. deinde generatur callositas. Uel potest fieri fistula propter apa cerebri nō pfecte curatum. ¶ Almāsor.

Cum angulus lachrymalis resudat ⁊ cū premitur sanies ⁊ virus ab eo egrediat fistulam pati intelligitur. ¶ Syllanus.

¶ In principio huius competunt enacuationes flebotomia diuersiones ⁊ similia ventositates in spatulis ⁊ epithima ad frontem Rasis descripte superius ca. de obtalmia alia etiam repercussiua que ponuntur in obtalmia calida in principio ⁊ augumento supra oculum cum bombice. sicut bolus armenus lotum sigillatum chimolea cum albumine oui. Secunda cura post principium. ſ. augmento ⁊ statu distilletur in oculum sanguis pulli columbini aut turturis et capiatur de subtus ale dextre ⁊ sit recens. etiaʒ valet aqua raphani distillata in oculum tepida. Et ab extra ponaꝫ emplastrum de foliis raphani ⁊ passularum cum modico stercoris columbini ⁊ fiat euaporatio cum rebus resolutiuis in capitulo de obtalmia. dictis scilicet fenugre. camo. in elilloto roſ. ⁊ similibus. In fine ponatur in oculo colirium gabrielis et fortius illo est sieph sabeth. Sieph conferens macule rubee. ℞. thuris myrrhe croci et amo. añ. ʒ. i. arsenici. ʒ. ſ. et fiat sieph cum aqua fenic. administretur. Aliud cōferens bonum. ℞. thuris partem. i. et tere vltra contritio-

nem et funde super ipsum ex aqua pluuiali in qua dissoluti sint salis masse salis ãmoniaci ⁊ salisgeme.añ.partis vnius partes tertie conterantur ⁊ distilletur mane et sero. Sieph sabetis. ℞.arsenici loti et sublimati demum loti et fricati cũ aqua cozia.ʒ.iii.sarcocole piperis ãmoniaci.la.lazuli añ.ʒ.i.distilletur et dissoluatur ãmoniacum in aqua dissolutum sit ex sale ãmonia.ʒ.ʃ.et fiat sieph et vtere cum lacte mulieris. ¶De lachrymis. ¶Nota ꝙ lachryme magis contingũt oculis magnis ꝯ parvis et maxime capiti existenti humido. Et nota factis euacuationibus flegmatis ex diuersitatibus. ¶Primo ad tempora et ad frontem repercussiua conferunt.que dicta sunt in capitulo de obtalmia. Secundo resolutiua sicut hoc emplastrum positum super cõmissuram ℞.ladani.ʒ.i.ãmonia.ʒ.i.masticis.ʒ.v.milli mundati torefacti.ʒ.ii.misceantur cum oleo came.et fiat emplastrum in longitudine palmi et latitudine quatuor digitorũ. Tertio conferunt exiccatiua. ℞.tucie.ʒ.ii.pulueriz etur cũ aqua myrrhe ad oculũ ponatur.fortiter exiccat. Uel sic. ℞. pulueris ossium miroba.kebu.combustorum et cũ aqua mẽte fiat colirium. Uel sic. ℞.tucie infuse et ablute cum aqua mirti.ʒ.i.cozal.ai.et ru.ossium miroba.kebulorum combustorum sumach gallarũ aloes masticis olibani opii añ.ℨ.i. pulueriz entur subtiliter et cum aqua infusionis dragagãti. ⁊ gũmi arabici fiat colirium. Item valent in hoc coliria descripta superius de lachrymalibus ⁊ pruritu. vide ibi.

¶Capl'm de visus debilitate.

¶Premissis euacuationibus sepe reiteratis ⁊ phlia si expediret diuersionibus sepe reiteratis administrari potest ytyriaca.ʒ.i.ʃ.cum aqua feni.stomacho ieiuno. Item miroba. kebu.conditi quacunq; hora valet diei. Aliud. ℞. bethoni ce berbe.celido.eufragie hysopi pulegii accori añ.ℨ.ʃ.fileris mõtani.se.feni.ani.coriandri preparati se.maiorane se.basili.macis carda.añ.ʒ.ʃ.cina.ʒʒ.galã.nu.mus.añ.ℨ.i.piperis longi aloes folij masticis spice nardi añ.ℨ.ʃ.corticum citri.ʒ.iij.conserue boza.cõserue anthos añ.ʒ.ii.zucha.ꝯ tũ sufficit ⁊ cum aqua ro.⁊ aqua feni.fiat electuarium de quo sepe vtatur.dos est.ʒ.i.vel.ʒ.i.pro vice.vel circa etiã oculo ponendus est liquor qui egreditur ab epate bircino assato in quo sunt posita multa gra.piperis longi ⁊ bene cõfortat visum. ¶Tyriaca cum aqua feni.multum valet dosis est.ʒ.i.etiam valet fumigium ad oculos factum ex decoctione naporum ⁊ epatis bircini. Item ⁊ hoc plus alijs valet aqua distillata celidonie feni. berbene eufra. maio. rute singulariter vel cõmixte posite in oculo etiam valet colirium rasis quod est superius descriptum ⁊ est alcochol cõtra visum. Item hoc valet. ℞.sileris montani maiorane eufra. rute celi.feni.añ.ʒ.i.ʃ.ʒʒ.spice nardi pip lon.gar.tucie bene preparate sarcocolle nutrite i lacte.ligni aloes añ.ʒ.ʃ.fellis anguille fellis accipitris fellis bircini de quolibet vnum bal.ʒ.ii.mellis ro.co.ʒ.ʃ.pulueriz entur liquefiant misceãtur i estate in sole calido ptinue agitando.⁊ si fuerit hyems fiat super prunas ⁊ reseruetur in vase vitreo ⁊ oculis instilletur.

¶Capl'm de pilis inuersis.

¶Pili inuersi curantur quoq; modis.ſ. adherentia vel inuiscatione canterio ordinez cu acu abbreuiatione palpebre. confectione ⁊ euulsione phibentium. ¶Nota ꝙ fel ericij ⁊ sanguis eius cum casto.⁊ erugine ferri adinuicem incorporata ⁊ reducta ad formam similium lenti vel squamis piscium phibet generationem pilorum maxime si euulso pilo distemperetur cum saliua hominis ieiuni ⁊ ponatur sup loco vnde euulsus est pilus hora vna ⁊ mitigat dolorem. Tumor palpebrarum et inuersatio curatur cum chirurgia sequendo curationum palpebre. ¶Nota palpebre curatur incidendo cutim ⁊ apponendo granum salis ⁊ nitri vbi nota stabat ⁊ postmodum desuper de albumine oui ⁊ cimino. ista omnia habent compleri cum chirurgia: ideo viterius dicendum.

¶Capl'm de aqua descendente in oculũ.

¶In cura imaginamini significati. kate.⁊ initiũ aq̃ ad oculos. ¶Primo ordinet dieta. Secundo euacuet cum appropriatis ⁊ flebotomet si expedit ⁊ diuertatur. Tertio confortetur visus cum his que dicta sunt.c.de debilitate visus vide ibi. Quarto administretur de infrascriptis medicinis clarificantibus ⁊ resoluentibus materiam in oculis existentem sicut est colirium factum ex aqua maiorane feni. rute ro.cõfortãtia tamen cum cinamomo pipere longo spica nucis mus.⁊ vltimo ponatur sieph de fellibus scriptis ℔ a rasi supra rubricam. Aliud. ℞.fellis accipitris bal.añ.ℨ.ii. electuarij al.pip.añ.ℨ.pulueriz entur ⁊ cum aqua raphani fiat colirium. Aliud. ℞.fellis bircini asse fetide.ʒ.i. ponatur in pãno lineo mundo ⁊ fricet subtiliter quousq; totum dissolutum demum addatur bal.ʒ.i. ⁊ fiat colirium. Aliud. ℞. salis ãmoniaci oppoponaci añ.ʒ.i.distemperent cum lacte mulieris ⁊ fiat colirium.⁊ nota ꝙ omnia dicta in.c. vngule multum valent.⁊ odorare maiorana est res singularis multum. Si autem cataracta confirmata fuerit cum acu deponi debet factis euacuationibus ⁊ alijs adhibitis necessarijs.cũ fuerit deposita super oculum ponatur emplastrum factuz de vitello oui conquassatum oleo ro.vel vio. ⁊ stet in loco obscuro ⁊ antro remotus ab omni motu anime ⁊ corporis per dies.iv.⁊ vtatur cõfortantib⁹ visum ⁊ maxime colirio descripto in debilitate visus curat etiam intra balanis conditis.⁊ alia faciat que mandat Auic. videas per te. ¶Nolo. aspicere acute in oculis afini remouet cataractã ⁊ est qdaz mirabile Auenzoar.

¶Capl'm de dilatatione pupille.

¶Fiant primo euacuationes vniuersales. Secõ fiant cõtinue diuersiões sicut canteriũ a pte posteriori laque⁹ i oculos scarificatio auriũ ⁊ filia. Tertio fiãt tolerantia fames. Quarto administretur resoluentia humorem existentem in oculo faciẽtem dilatationez sicut alcohol ex felle hedi cuz succo feni.⁊ pauco sale ãmoniaco aut ex felle birci aut ex felle testudinis aut ex capitib⁹ hirundinum adustorum ⁊ etiam fiat ex melle cuz succo celidonie ⁊ est expertum.super frontem vero ponantur emplastra ⁊ epithimata repercussiua ⁊ resoluẽt ac ẽt sup oculũ.

¶Capitulum de fistulis que in angulis lachrymaliũ sunt.

¶Nõ ꝙ ruta est de rebus mirabilibus ad hanc egritudinem ⁊ proprie facto emplastro ex ea cum expressione granatorum sanans. In hac cura quatuor per ordinez sunt observanda. primum ꝙ fiat ampliatio viceris sic ꝙ funduz videant ⁊ hoc fit cuz spongia vel medulla sambuci vel tritici vel rasorio. fm ꝙ mortificetur caro callosa que est i fundo que est radix fistule ⁊ hoc fit cum canterio actuali vel potẽtiali sicut hoc ℞.arsenici ru.atramenti cantaridarum abscisis alis ⁊ capitibus calcis viue salis ãmoniaci aluminis añ. ℨ.i.pulueriz entur ⁊ incorporentur cum vrina pueri virginis ⁊ desiccetur ad vmbram ⁊ modicum ponatur in fistula qualibet mane ⁊ postea mundificetur locus. Aliud bonum. ℞.ʒʒ.ʒ.iii.viride eris.ʒ.i.pulueriz entur subtiliter ⁊ bulliant in aceti.ʒ.ʃ.vsq; quo veniant ad spissitudinem ⁊ vngantur tente ⁊ ponantur in fistula. Aliud. ℞.foliorũ rute agrimonie celidonie añ.M.ʃ.conquassentur ⁊ bulliant in ℔.ʃ.aque vite vel rute vsquequo redeant ad medietatem ⁊ coletur ⁊ de colatura due gutte vel tres possunt poni qualibet die in fistula. Tertio est mundificatio ⁊ id fit cũ hydromelle facto ex aqua rute ⁊ melle rosa.co. ⁊ etiaz cũ vino calido stiptico vel stipticato cum rosis. Quartum est carnis regeneratio ⁊ potest fieri cuz isto medicamine. ℞. aloes olibani sarcocolle nutrite in aqua feniculi añ.ʒ.ii. olei rosati.ʒ.ii.cere quãtum sufficit ⁊ fiat vnguentum ⁊ potest fieri cum pulvere radicum yreos. Aliud ⁊ multum valet in fistula. ℞.foliorum agrimonie foliorum rute añ.M.ii. conquassentur ⁊ bulliant in.iiii.℔. vini ⁊ coletur ⁊ qualibet die ponatur i fistula. ¶De dolore auris. ¶Recepte ad iecte tractatui egritudinum auris secundum ordinem noni almansoris ⁊ ipsius capitulorum.prima est de dolore que fit in aure. Circa illud capitulum no.primo ꝙ ser sunt conditiones obseruande in his que inciduntur in aurẽ.prima ꝙ istud non sit multũ calidũ nec frigidũ ſ tepidũ. Sa ꝙ fit in parua quantitate.tertia ꝙ stet quo tpe:qz sufficit morari p tres horas.quarta ꝙ anteq; aligd eliciatur primũ sit expulsum.quinta dũ aligd inicia patiẽs stet in latere sano.sexta ꝙ locus sit bene mundificatus cũ dentissimis pp tortuositatem auris. ¶Nõ ꝙ repercussiua nunq; cõpetunt apostatibus au.qz reperuterent ad cerebꝝ.Eo maturatiua apostaz semp

debent habere virtutem exiccatiuam aliqualiter ad cōfer/nationem au. vt ait. g. v. de ingenio sanitatis contra illū me dicum. Maturat. materie calide. ℞. farine frumenti. quā tum sufficit mucillaginis fenugreci mucillaginis se. lini añ. ʒ ſ. pinguedinis gal. vel anguil. cū assatur. ʒ. ij. litbargyri ce ruse olibani pulverizatorum an. ʒ. i. aceti. ʒ. i. ſ. olei iſamini quantum sufficit misceatur ⁊ fiat aliqualiter liquidum em plastrum. ⁊ si materia fuerit frā ponatur plus de mucillagi nibus ⁊ loco ping. gal. vel anguile pinguedo anatis vl' vul turis. ite3 quādo materia ē frā fit emplastrū de cepe deco cto sub cineribus cū butyro. quādo materia est frā hoc vʒ ⁊ est experimentum mef. ℞. colloquintide. ʒ. i. bullāt in oleo. ʒ. vi. vsq3quo redeāt ad. li. ⁊ de illo oleo mitte. ii. gut tas in au. ite3 succus ligni fraxi. cuʒ ponitur supra carbōes fraxinum ⁊ dissolvitur succus ille reservetur i vase ⁊ po nantur tempore necessitatis. ii. gutte. vel. i. experimentum est mirabile. item. ℞. succi ru. ʒ. ii. mell. ʒ. i. casto. ʒ. ii. mi sceatur ad ignem lentum expertuʒ est auic. Balneū in quo ingreditur si materia sit frā fit cum herbis. ſ. de siccadoſ ca mo cimi. baccis lauri. quando causa doloris est ventositas fit sacculus ex betoni. sicca ⁊ multum vʒ. Similiter saccꝰ ex anisso ⁊ cimi. ⁊ debet tonefieri. Ad idem quando dolor multum infestat. ℞. olei. ʒ. i. opij. g. iij. cassie lignee gra. ii. croci. gra. i. ⁊ misceantur. Item filonium cum oleo ro. vel cum lacte quando dolor est frigidus cum fibilo. ℞. olei de amig. ama. ʒ. i. olei de casto. ʒ. ſ. musci. gra. iii. misceatur ⁊ fiat iniectio. Item vʒ ad idem ole. nardinum ole. costinum ole. de lilio ole. de ruta ⁊ potest addi butyrum bene totum ⁊ adeps galline vel āseris. ⁊ in hoc valent lūbuci terrestres ⁊ vermes qui stant sub viceis si assent ⁊ pulverizentur ⁊ misceantur cum oleis predictis. Aliud. ℞. calamē. absinthi cina, origa. sansuci florum lauri añ. M. i. cimi. anisi aneti añ ʒ. ſ. terantur parum ⁊ ex eis decoctis aliqualiter in aqua fit enaporatio ad au. Emplastrum anodinū ⁊ quasi sedatiuū cuiuscunq; doloris. ℞. radicis altee folioꝝm camo. mēlli/loti violarum siccarum an. M. ſ. fabarum farina oꝝ. añ. ʒ. ii. olei camo. olei amig. dulcium añ. ʒ. i. ſ. ⁊ fiat ſm artem empl'm ⁊ est bonum ⁊ conuenies.

¶ Capitulum de vulnere quod fit in aurem.

¶ ℞. armoniaci terbentine cere añ. ʒ. ſ. serapini. ʒ. ii. succi cepe. ʒ. i. ſ. myrrhe casto. añ. ʒ. i. misceantur omnia cū oleo laurino. Empl'm mundificans sanies ab aure. Succus fo lioꝝm olive cū melle iniectus in aure purgat eā a sanie ⁊ ē experimentū auic. Item aqua decoctionis piscū salitoꝝm vel oliuarum salitarū idem facit iniecta in au. ad idem vinū decoctū cum beto. ad idē oximel qñ est materia multū frā Unguentum etiam mundificatiuū viceris mundificata sa/nie. ℞. ſq. ferri frixi in sartagine extincte quoties in aceto semper renouando acetū. ʒ. ii. olei ro. cere an. ʒ. i. ⁊ fiat vn guentū de quo tenta inungat ⁊ ponat in aurē. Ad idez. ℞. ſq. ferri preparate bullat in oleo ro. ii. partium ⁊ iii. aceti. ⁊ de colatura ponant. ii. vel. iii. gutte in aurē. Unguentū con solidatiuum conferens quando puent a materia frā. ℞. myrrhe casto. alo. añ. ʒ. ſ. olei lau. ʒ. i. aceti. ʒ. ſ. cere. q. suf ficit. ⁊ fiat vnguentum. ad idem si fistula sit fcā in auꝝ. ℞. mell. ʒ. ſ. vini ru. ʒ. ii. misceantur ⁊ cū tenta insusa in pdi/ctis mittatur in aurē. ⁊ in hoc vʒ vrina pueroꝝ virginis cū felle tauri. ⁊ oia que dicta sunt in fistula lachrymali ponat/liciniū cum felle tauri ⁊ ponatur in aure. ad idē ⁊ forti'. ℞. scorie ferri. ʒ. ſ. fricetur cū aceto in sartagine. ℞. ⁊ pꝰ modū auri ppinetur pax ad intra. ad idē qñ est dolor. ℞. vini po tentis. ʒ. ii. aque piscium salitorum. ʒ. i. ſ. fundat in aurem quādo est vehemens dolor cū sanie Huic cōferunt ea que dicta sunt in. c. de dolore auris. Suffumigiū factum de sti pitibus fabarū in aqua multum remouet tinnitū ⁊ sonituʒ auris quando cātur a materia frigida fumosa. ad idē valēt prescripta in folio precedenti. vide ibi. aliqñ euenit fibilus ⁊ sonitus ex acuitate sensus auditus ⁊ tunc distilla oleū ro. ō coctum in aceto sorti valde. ad idem vʒ lac mulieris ad idē gra. pini. ʒ. ſ. cast. ʒ. ii. terre viriusqʒ cum aceto ⁊ tepidum distilla in aurē. Et quando fient ex vētositate grossa fiat ista suffumigatio. ℞. aneti. calamen. origa. sansuci rute stica. ca/mo. floꝝm lauri an. M. i. bullant in aqua sufficienti ⁊ fiāt enaporationes ad foramina auris per instrumentū debitū: purgationes semper premittantur.

¶ Capitulum de grauedine auditus.

¶ Oleum laurinum iniectum in aurem quando procedit ex repletiōe. Similiter ole. amig. ama. Similiter ole. bal. ole. iuniperi. ⁊ no. q; ponere gutam olei sinapis de. iii. i. iii. diez in aurem non audientis liberat eū. Hē. narrat in suis consi lijs q; curauit quendam iuuenem a surditate nam fecit eū vti plirisarcoticon postea distillauit in aurem myrrham cū ole. sera. ⁊ lau. ad idem distillentur in au. ea que habent dissoluere ⁊ resoluere humores crudos sicut sunt mel fel sal capre succus rute. ole. aneti. ⁊ similia. ⁊ no. q; purgatio nes ⁊ diuersiones continue sunt in hoc maxime necessarie. ⁊ ideo non sunt dimittende.

¶ Capitulum ad extrahendum vermem de aure.

¶ ℞. vini. ʒ. ii. mell. ʒ. iii. olei ro. ʒ. iii. misceantur cū albu/minibus. ii. ouoꝝm demum lana infundatur in predictis ⁊ impleatur au. de ista lana. postea sub. ista lana extrahat de au. ⁊ post patiens accumbat super au. p. ii. horas. aliō. ℞. olei de absin. olei amig. ama. añ. ʒ. i. pulverizetur aloes mi stum ⁊ in au. pōe ſm regulas predictas. ad idem vʒ distil/latio cucume. asinini in au. ⁊ si ad imponatur diagridij, me lius. ℞. succ. cucu. asinini. ʒ. ii. diagri. ʒ. i. misceantur ⁊ gut/tatim ponatur.

¶ Capitulum de his que figuntur in aure ab exterioribꝰ.

¶ Appositio vetose magne capietis tota au. extrahit oēz rē ō au. ad extrahēdū. aquā ō au. apositio sacli sci ex rebꝰ exic cātibꝰ sicut cimio ani. ⁊ silibꝰ. ite3 ābulare sr vno pede capi te iciato sr au. i q; exit aq̄. ad idē qñq3 sufficit fusio ole. cali doꝝ sicut ol. cāo. ole. ane. de amig. ama. ad idē fiat enapora tio au. cum flo. cāo. se. lini in aqua.

¶ Capitulum de sanguine ex naribus.

¶ Sāguis fluēs ex naribꝰ restrigit ser mōis. prio p frigidā tia, er qbꝰ sanguis igrossat sic lactu. sempni. aq̄. ro. ⁊ acetū ⁊ silia. ⁊ si expedit addat opium. usq. mādra. ⁊ silia. ⁊ tō ad idē pānꝰ line⁹ ifusus i aq̄ ⁊ aceto ⁊ exprssus exposit⁹ circa collū mtū vʒ. silr ifridare spatulas ac et ifridare epar mltū vʒ. epl'are et frōte ex frīs ⁊ ipa. scdo mō restrigit cū stipti cis sic acacia hypoq. bolo ar. coza. al. emathites. terra sigi. ⁊ alijs qz restrigūt orifici. vēaz. ⁊ tō vʒ hoc empl'm. ℞. succi plā. aq̄ rosate an. ʒ. iii. aceti. ʒ. ſ. albumia duo. ouo. terre si/gillate q̄tū sufficit misceat ⁊ fiat empl'm ligdū aliq̄lr. Ua lent trocisci ex pulvere pstrictuo ꝛc. recepta scribit a Me sue ⁊ est talis. ℞. sanguinis draconis gūmi ara. assari anteſ. li. feminis rosarum acacie hypoqstidos spodij balaustie bo li armeni terre sigillate ematbitis coral. rub. an. ʒ. i. ſ. seis papaueris semis portulace comu cerumi adusti cineris gal larū nuces cipressi añ. ʒ. i. pulverizent subtilr ⁊ incorporēt cū succo plātaginis ⁊ fiāt trocisci pñt et reduci i formā ēplastri ⁊ sup tpa apponant. Tertio mō restrigit glutinatiuis cō glutinādo orificia venaz sicut tus mastix dragagātū farina volatilis i molēdino tela aranee ⁊ silia ⁊ hec misceat et cū frigidis ⁊ magis adhereāt. Quarto mō restrigit cū restri gētibꝰ a forma specifica sicut sterꝰ asininū succꝰ eiꝰ cinis eius iteriectꝰ sterꝰ porcinū carabe. portulaca. mēta ⁊ eius succꝰ q diu stetit in inclaustro tela aranee. Et nota q; cū fluxuʒ sanguinis sterꝰ asininū restrigit quocūq; mō approximet sine hemorroidalis sit sine ex vulnere ⁊ marie succus ster coris. Quinto restrigit fluxꝰ sanguis narū cū distrahētibus siue iterueniat euacuatio vt flebotomia cefalice sine epati/ce vel safene vel vene magne q̄ est in spatulis vel alteriꝰ ve ne in pte diuersa sine euacuet vt cū vētosa posita supra mē bro a quo puenit fluxꝰ sine sit epar sine splen ⁊ cū ligamini bus exterioz sicut brachioz coraz mamil lax testiculoz ⁊ p appositionē vtricaz fortiter pungentiū ad extrema. ⁊ sub ascellis ⁊ alijs ptibꝰ corpis. Sexto mō restrigit fluxꝰ sang. cū cauterizātibꝰ iducēdo crustā sup orificijs venaz a qbus manat sanguis sicut attramētū arsenicū calx viua insuffiādo eā i nares. etiā ferrū ignitū si caute ponat. alumē operat a q̄litatibꝰ ⁊ forma specifica ⁊ etiā cauteriza. multū facit lau des aui. de balneo aluminoso i restrigēdo menstrua. Em/

plastratio fiat ⁊ inunctio in temporibus ⁊ fronti er gipso ⁊ albumine ouj comixtis. item sanguis draconis boli armeni terre sigillate añ. pillorum leporis vstorum ⁊ cum albumine ouj misceãtur ⁊ fiat stuellum. item ficla maior apposita super epar ipsuꝫ constringit.

¶ Capitulum de vulneribus que fiunt in interioribus partibus narium.

℞ Recipe medulle vitelli ouj dragaganti gũmi arabici añ. ʒ.ii. olei fisamini. ʒ.i. cere q̃tum sufficit ⁊ fiat vnguentum. Ad consolidandum valet vnguentum de ceruſa scriptuꝫ a Nicolao. Ad idem. ℞. olei amigdalarum dulciuꝫ. ʒ.i. olei rosati. ʒ.ſ. butyri loti adipis galline mucillaginis dragagãti añ. ʒ.ii. cere q̃tum sufficit ⁊ fiat vnguentum ad remotionẽ escare. Ad idem quando egritudo est fortior parũ. ℞. ceruſe. ʒ.i.ſ. merdasengi. ʒ.ſ. plumbi adusti ablati cõtriti. ʒ.ſ. aceti parum. cere quantum sufficit ⁊ cum sufficienti oleo mirtino fiat vnguentum.

¶ Capitulum de hemorroidibus que nascuntur in narib⁹ ⁊ polypo.

¶ Hec sunt corrosiua polipis ⁊ carnis mollis. ℞. arsenici citrini ⁊ calcis viue ⁊ floris eris an. lib.ſ. argenti viui li. ſ. salis armoniaci. ʒ.ii. omnia terrantur ⁊ bulliant in aqua ⁊ tale reſernata redditur corrosiua ⁊ sunt alia corrosiua sicut cauteria potentialia etiam aqua in qua calx fit extincta si i ea extinguit argentũ viuum est corrosiua. removens doloreꝫ post cauteriũ ẽ vitellus ouj cum oleo rosato mixtis rosis. ad idẽ ⁊ est vtile calcis viue ⁊ extincte arsenici citrini an. ʒ.ii. colcotar florum eris aluminis an. ʒ.i. gallarum balaustiarũ añ. ℨ.ii. terantur predicta in mortario ereo ⁊ cum aceto forti multum ⁊ trituratione forti multum fiant trociſci ⁊ cuꝫ necesse fuerit vtere vno illorum trociſcorum distemperando ⁊ põe cum lifulo in nares. aut pulvis insuffletur in nasum. ad idem de expertis. ℞. attramenti ⁊ pulverizent subtiliter mane ⁊ sero insufflent in nares.

¶ Capitulum de amissione odoratus.

¶ Fucus ireos cuꝫ pulvere piretri valet in amissiõe odoratus ab oppilatione iniectus in nares. item oleuꝫ nardinũ in quo fuerit de pulvere euforbij vel castorei vel muſci vel de omnibus similibus. ad idem. ℞. sanſuci camomille foliorum lauri calamenti sticados an. M.ſ. ireos nigelle añ. ʒ.ii. ⁊ cum aqua decoctionis predictarum fiat caputpurgium. ad idem. ℞. pillularum diacastorei. ʒ.i. dissoluantur in ſucco rute aut ficble ⁊ fiat caputpurgium. Et solum ſucci predicti valent. ad ideꝫ. ℞. nigelle colloquintide elebori albi acimi piperis ana partes equales ⁊ fiat pulvis ⁊ insufflet̃ur in nares. ¶ Odorare nigellam torrefactam in panno lineo ligatam multum valet. Ad idem. ℞. ſtoracis calamite nucis muſcate cubebarum garioſi. nigelle ligni aloes spice cinamomi ambre muſci ⁊ cum laudano suſſicienti fiat pomum vt supra dictum est. ad idem fiat suffumigium ad nares de camemilla ⁊ melliloto ruta origano bulitis in aquis ⁊ vino simul.

¶ Capitulum de dolore dentium.

¶ Flebotomia vẽarum labiorum in dolore de materia sanguinea valet premiſſa tamen flebotomia vti hoc medicamen vtile est. ℞. mastices. ʒ.i. saluie. M.i. bulliant in bono vino lib.ſ. donec redeat ad quartam partẽ. Et si dolor fuerit de materia frigida. ſi vero de materia calida bulliat i aceto communiter. tamen ponitur de aceto quantum de vino evacuat ratione masticis flegma mucillaginoſum. stipticat ratione saluie. Aliud. ℞. paſſularum mundatarum a ſuis botris. ʒ.i. dorſorũ alliorum mundatorum añ. ʒ.i. bulliant in vino ⁊ aceto añ. ʒ.iii. ⁊ coletur valet qꝫ evacuat. item aceum decoctionis ſpolij serpentis valet. Item emplastrum factum de ſpolio serpentis valet ⁊ ẽ mirabile. Itẽ aceuꝫ decoctionis coloquintide valet quia evacuat flegma. item valet vinum decoctionis edere. item vinum decoctionis aſſe vel caſia ⁊ fumiterre. Medicamen solemne. ℞. pire tri semi. ſaxifragie subtiliter pulverizatorum añ. ʒ.i. cere albe. ʒ.iii. miſceantur simul ⁊ dens dolorus ponatur in illa cera mitigat acuitatem ⁊ alia evacuat flegma. item valet ſacculus de ſeine saxifragie. item valet radix diptami a tota spẽ ⁊ ideo masticata simſliter ⁊ radix celidonie in dente corroſo vbi est vermis. Ex ſemine inſquiami vel cum ſemine porri vel ſe. sinapis multuꝫ valet in dente corroſo vbi est humor putridus ⁊ corruptus debet fieri mundificatio cum medicina aliqua de predictis. demum ponatur aliqd de aqua ardenti. Pulvis conueniens ad remotionem defedationis dentium. ℞. oſſis ſepie concharum marinaruꝫ albarum ſpuma maris nitri aluminis ariſtologie rotunde radicis cane vſte ordei vſti ſulfuris vſti cinamo. piperis lõgi omnia pulverizentur ⁊ miſceantur cum melle ⁊ postea fricentur dentes. item aqua que diſtillat a vite quando inciditur ſi ex ea dentes lauentur mitigat doloreꝫ dentium. Ad idem ⁊ est expertum lauari ter in menſe cum vino cum quo bulita sit radix titimali preſervat dentes a dolore.

¶ Capitulum de dentibus extrahendis ⁊ cõſtringentib⁹.

¶ Lac titimali malaſatum cum paſta vel cera facta caſſula denti corroſo corrodit ligamentum dentis. sic qꝫ per ſe cadit. Ad idem. ℞. lactis titimali. ʒ.ſ. radicis abrotani. ʒ.iii. radicis titimali. ʒ.ii. melꝫ. quantuꝫ ſufficit ⁊ incorporetur ad ignem ⁊ ponatur ſupra dentem. Medicamen conſtrictivum dentium. ℞. aluminis turis maſticis gallarum cipreſſi florum roriſmarini añ. partes equales bulliant in aq̃ pluuiali in vino ſufficienti ⁊ lauentur dentes ex eo tepido. ad idem. ℞. comu cerui vſti ſalis vſti myrrhe vſte ana. ʒ.ii. ⁊ cum melle fiat decoctio de qua liniantur gingine a parte intrinſeca ⁊ extrinſeca. Et nota qꝫ debet ſibi cauere ab omni maſticatione ⁊ a tangendo ipſum cum manu vel lingua.

¶ Capitulum de congelatione dentium.

¶ Liquiritia ⁊ ſuccus eius removet congelationem dentium ſi maſticetur ad ideꝫ maſticatio portulace ⁊ eius ſemis contriti infuſi in aqua. ad idem maſticatio amigdalaruꝫ dulcium. Item lotio dentis ex aqua ſalita calida. item ex lacte aſinino. item ex decoctione ariſtolo. longe valet abluendo. ad idem lotio dentium ex decoctione granorum lauri.

¶ Capitulum de dentibus qui dolent cum aere frigida tanguntur.

¶ Quodlibet oleum actu⁹ ⁊ potentia calidum dolorem dentium predictum removet. ad idem. ℞. granorum lauri ariſtol. lon. aluminis añ. partes equales bulliant in vino ſufficienti ⁊ ſepe ex eo calido lauentur dentes. ad idem ⁊ fortius ſumatur predicta decoctio ⁊ addatur byerepicre. ʒ.i. ⁊ ex calida lauentur dentes ⁊ continuetur per horam. ad idem valet ſi colluantur bene cum tyriaca. bona ⁊ anti qua ⁊ diu ſtetur qꝫ non apponatur aliquis liquor ibi. ad idẽ diaſinapiſmus ſi teneatur in ore. ad idem valet ſi vngantur dentes cum oleo de ſinapi ⁊ ſumatur predictum oleum ⁊ cum cera fiat caſula vna dentibus multum valet. ⁊ nota qꝫ medicamina dentibus apponenda non debent eſſe multum calida actu.

¶ Recepte de egritudinibus oris ⁊ lingue.

¶ Capitulum primum de vlceribus oris ⁊ puſtulis in lingua.

¶ Capitulum de vlceribus oris.

¶ Abſterſio ginginarum fit cum hydromelle facto ex melle roſ. vel cum vino ru. in quo ſint roſe bulite. Pulvis quem hic ponit raſis conſolidat. Medicamen corrodens materias corruptas in vlceribus. ℞. arſenici rubei calcis aluminis gallarum florum eris ſubtiliter pulverizatorum ana. ʒ.i. infundantur in modico aceti per hebdomadam vnam ⁊ ericcetur ⁊ iſtius medicine ponatur. ℨ.i. per vnã horam ſuper locum vlceratum ⁊ poſtea inungatur locus cum oleo roſato ad ſedandum doloreꝫ ⁊ poſtmodum reiteretur quouſqꝫ materia ſit tota conſumpta medicina conſolidans. ℞. gallarum. ʒ.i. aque roſate lib.ſ. bulliant ſimul vſqꝫ quo quarta pars ſit conſumpta ⁊ coleꝫ ⁊ cum colatura fiat ablutio. ¶ Et nota qꝫ comedere perſica removet etiam fetorem provenientem ex ſtõ. ⁊ qñ vlcera non ſunt multũ pfunda vꝫ decoctio fcã in vino ex iſtis ℞. raſure pgamẽi aluminis gallaꝫ añ. ptes eq̃les ⁊ bulliant. ad idẽ collutio oris ex melle roſato colato mixto cũ ɔcoctõe

cepularum glandium gallarum corticum granatorum ꝛ similium.

¶ Capitulum de fluxu sanguinis ex gingiuis.

¶ Tollo corrodens malam carnem gingiuarum. ℞. florū olive. M. i. ℈. pi etri ꝛ radicum ana. quartā vnā tres. ȝ. albi masticis añ. ȝ. ℈. mellis electi. ȝ. ii. fiat decoctio clarificata vsq; ad quartas tres. ¶ Lotio mundificās gingiuas. ℞. aque camomille. ȝ. i. mellis rosati colati. ȝ. iii. misceant ꝛ cum panno infuso in predictis abluat gingiue vel lauētur cum vino decoctionis rosarum. ¶ Regenerans carnē quā do bene fuerint mundificate. ℞. olibani ligni aloes sarcho colle sanguinis draconis subtiliter pulverizatorum ana. ȝ. i. misceantur simul ꝛ de illo ponatur modicum in gingiua. Ad idem ꝛ etiam confirmans dentem secundum auicēnā. ℞. laudani masticis añ. ȝ. i. camphore subtiliter pulverizatorum grana. vi. misceantur malarādo cum aqua rosarū ꝛ fiat masa ꝛ extendatur super pannum ꝛ ponatur sup gingiuas. ¶ Hic pulvis positus super gingiuas corrodit carnem malam ꝛ mundificat bonam. regenerat carnem ꝛ cō fortat gingiuas. ℞. aluminis iameni. ȝ. ii. salis cotti. ȝ. i. pulverizentur ꝛ ponantur super gingiuas. ¶ Pannus diffusus in aqua distillata foliorū cypressi super gingiuas confortat auget eius partes venit. ¶ Collutio oris prohibens fluxū sanguinis ex gingiuis. ℞. balaustiarum aluminis rosarum arnoglosse cortalarum glandium plantaginis añ. ptes equales buliant in vino rubeo sufficienti ꝛ sufficienter ꝛ colluat os ex eo ꝛ optime valet qz confortat gingiuas ꝛ restringit sanguinem inde fluentem ꝛc. ad idem valet collutio ex decoctione gallarum ꝛ foliorum olive rosarum lentium capitum rosarum ꝛ corticum granatorum. ad idez. ℞. piretri radicis lilij an. ȝ. i. semitatum galarum non perforatarum balaustiarum añ. ȝ. ii. terantur subtiliter ꝛ gingiuis aspergātur ꝛ cum eo fricentur. Ad idem valet si ex predictis sumptis in dosi maiori fiat decoctio in vino rubeo cum quarta parte aceti ꝛ ex ea fiat collutio oris. ¶ Et si est ibi vicus p fundum addatur aluminis due partes ꝛ fiat decoctio. Similiter cum dicta decoctione potest poni mel rosatum colatum pro mundificatione saniei ab vlcere.

¶ Capitulum de casu vuule.

¶ Quando est a materia calida facta flebotomia ꝛ enacuatione vli in principio competunt repercussiua sicut ista. ℞. decoctionis gallarum. ȝ. iiii. diamorō. ȝ. ii. misceantur ꝛ fiat gargarisma. prohibet dilatationem. Item in augmento competit medicamen rosarum factum ex gallis ꝛ sale armoniaco tritis simul. Item decoctio repercussiua facta ex decoctione citri seminis rosarum cum succo barbe bircine ꝛ modico aceti in principio prohibet dilatationem. item gargarisma thuris masticis nucis cipressi cū diamorō. ¶ Quā do est materia frigida in processu valet hoc gargarisma sumie seminis finapis an. ȝ. iii. buliant in aqua sufficienti ꝛ colletur ꝛ addatur colature melle colati ro. ȝ. iiii. ꝛ fiat gargarisma. Ad idem valet gargarisma factum ex oximelle sinapi mollito cuȝ aceto añ partes equales. ad idem valet pro elevatione eius hoc. ℞. balaustiarum aluminis añ. partem vnam camphore partem. ℈. ponatur cum instrumento in vuulam. Ad idem. ℞. anthere. ȝ. i. succi barbe bircine. ȝ. buliant in vino ꝛ ex eo fiat collutio oris. ad idem. ℞. galarum partes duas salis āmoniaci partem mediam pulverizentur ꝛ pōatur ad vuulam. ¶ In infantibus linitio finapitis ex gallā adusta cum aceto multum valet.

¶ Capitulum de sanguisugis ꝛ aliis que ingrediuntur.

¶ Decoctio facta ex rebus amaris interficit sanguisugam ꝛ eam facit remoueri ab adherentia gargarizando. itez medicine ex solutione interficiunt si fiat gargarisma. item pulvis restrictiuus sanguinis consuetus valet ad restringēdū sanguinem postq̄ sanguisuga fuerit remota ꝛ est. ℞. pulueris sanguinis draconis terre sigillate. aloes pilorum leporis añ. fiat pulvis ꝛ ponatur cum instrumento in gutture vbi sit appposita sanguisuga si videri poterit. ad idem p tollendo adherentiam sanguisuge. ℞. aliorum lupinorū colloquintide añ. partem. i. nigelle partem. ℈. sinapis partem. i. ℈. buliant omnia in aceto vini sufficienti sufficienter ꝛ coletur ꝛ colature addatur salis armoniaci. ȝ. iij. ꝛ fiat gargarisma. Ad idem succus salicis gargarizati ex proprietate. ad idem valet gargarismus cum aceto ꝛ assa fetida. ad idē valet si pix liquida misceatur cum aqua ꝛ fiat gargarisma Ad idem valet masticatio allioꝝ ꝛ aperto ore ſtetur ad solem appposita aqua frigida añ os.

¶ Capitulum de his que in guttur ingrediuntur sine sint spine sine ht os.

¶ Modus extrahendi spinam potest esse tribus modis. Primus vt ligetur filus in capite canepe recentis ꝛ qō illa canepa transglutiatur ꝛ non masticetur fortiter ne vna ps ab alia separetur ꝛ quando fuerit in gutture subito extrahantur. Et qz canepa est viscosa ideo talis spina infigit ibi ꝛ extrabitur cum canepa. Vel fiat decoctio cum canepa ꝛ inde fiat gargarisma. Secundus modus est q̄ capiatur de spongia in parua q̄titate ꝛ ligata cum filo in parua q̄titate transglutiatur ꝛ subito inde extrahatur sic cum spongia extrahetur spina. Tertius modus est vt fiat empiastrum de mucillaginibus seminis lini cuȝ butyro ꝛ medulla cassie ꝛ ꝛ oleo amigdalino dulci valet multum. Ad idē valet si per cutiatur in collo fortiter. ad idē valet si vomat fortiter post cibum sumptum ꝛ sepe. Ad idem si fiat gargarisma cum rob vue in quo decocte sint vue ficce vel ficus. Ad idez valet si ficus transglutiantur ligata cum filo modice masticata ꝛ inde subito extrahatur cum dicto filo. Ad idem transglutiatur aliqua corda duplicata ꝛ inde extrahat debito mō.

¶ Capitulum de granitate lingue.

¶ Premantur euacuationes capitis ꝛ flebotomia si expedit fricare linguam cum saluia si expedit facit loqui citius ꝛ competit pueris ꝛ etiam quando lingua paraliticatur. gargarisma factum ex decoctione salvie hysopi acori valet ad faciendum loqui. Piretrum ligatum in pāno si aliqualiter masticetur valet sed si masticetur sine panno pustulas facit in ore. ad idem valet orimel squillitici quando ex eo collinitur os. Ad idez. ℞. condisi. ȝ. i. euforbij. ȝ. ℈. pulverizentur simul ꝛ cum eis fricetur lingua. ad idez. ℞. salis armoniaci piperis sinapis baurach. ȝ. ſarifragie origani sanſuci salis naptici añ. partem. i. pulverizentur subtiliter ꝛ aq̄ calide misceantur ꝛ fiat gargarisma diebus continuis ꝛ est res experta. ad idem. ℞. mellis rosati colati. ȝ. ii. salisgemme. ȝ. ii. misceantur ꝛ lingua sepe collinatur.

¶ Caput de lingua que adeo tumescit q̄ os egreditur.

¶ Gargarisma ex decoctione treos sinapis piretri ꝛ similium valet in hoc. Pulvis fricatus super linguam factus ex pipere. ȝ. piretro ꝛ similibus valet. ad idem gargarisma factum ex decoctione dactyloꝝ ficuum passularum cum vino dulci. ad idem. ℞. orimellis squillitici. ȝ. iiii. rob. vini. ȝ. iii. misceatur ꝛ fiat gargarisma continuum. ad idem decoctio fenugreci passularum feniculi radicis lilij ficuum cui addatur mellis rosati colati. iij. ꝛ fiat gargarisma continuum.

¶ Capitulum de glandula sub lingua ꝛ vocatur ranula.

¶ Troisci positi a Rasi in capitulo de pustula que nascitur in lingua sunt corrodentes hanc glandulam que est apostema ex flegmate. Ad idem. ℞. origani persici corticum granatorum salis ana partes equales pulverizentur ꝛ cum eis fricetur lingua infantis ꝛ est res experta. etiā sola fricatio cum sale aliquando sufficit.

¶ Capitulum de ambobus apostematibus in lingua.

¶ Gargarisma factum ex decoctione piretri se. vtice ire os multum valet in hoc. ¶ Nota tamen si apostema est cum caliditate tunc frigida competunt ꝛ si cum frigiditate calida. ¶ Et nota q̄ in passionibus lingue multum valet flebotomia venarum eius.

¶ Capitulum de squinantia.

¶ Recipe in principio quando materia est calida gargarismus ex succo lactuce valet a complexione ꝛ a forma specifica. Item gargarismus ex decoctione gallarum sumach ꝛ diamoron. Item gargarismus ex decoctione mirtiꝝ torum valet. Item. ℞. sirupi de papavere diamoron. ana. ȝ. ℈. aque rosate. ȝ. ii. misceantur ꝛ fiat gargarismus. Similiter valet tenere pillulas in ore q̄ prohibēt descēsuz rem

matis calidi que posita sunt in.c.de catarro. Ad idem. ℞. aque rosate.ʒ.iiii.aceti.ʒ.i.misceantur ⁊ gargarizatu .Ad idem rob vini in aqua rosata.similiter si ponantur vini granatorum. ¶ In augmento. ℞.liquiritie rase vuarum passarum mundatarum ab arillis.añ.ʒ.ʃ.caricarum pinguiu ʒ.i.seminis psilij seminis citoniorum seminis papaueris albi añ.ʒ.ß.ordei mundati quar.ʃ.mellis.ʒ.ii.fiat decoctio parum clarificata vsq3 ad consumptionez medietatis ⁊ coletur.Ad idem. ℞.diamoron.ʒ.ii.mellis rosati co.ʒ.i.fiat decoctio ficuum liquiritie ordei passularum dactilorum ⁊ fiat gargarisma. ¶ In statu competit oximel diureticuz ⁊ repercutitur materia.Unguentum ab extra maturatiuum ℞.mucillaginis seminis psilij seminis citoniorum añ.ʒ.ii. medulle cassiefistule butiri sine sale añ.ʒ.ʃ. fermenti caricarum pinguium añ.ʒ.i.vel.ʒ.i.olei violati.ʒ.ii.misceatur ⁊ vnguentum fiat. ¶ In squinantia frigida in principio quando materia est frigida grossa competit gargarismus subtilissimus sicut iste. ℞.radicis ireos.ʒ.ʃ.hysopi capilli veneris recentis añ. ℳ.i.liquiritie rase vuarum passarum enucleatarum carycarum añ.ʒ.i.seminis fenugreci seminis lini añ.ʒ.ʃ.ordei mundati quartam.ʃ.mellis electi.ʒ.ii.fiat decoctio parum clarificata vsq3 ad quartas.iii. ¶ In statu ad rumpendum competit oximel squilliticum maturatiuū ab extra. ℞. vnguenti dialtee quar.ʃ. mucillaginis semis fenugreci seminis lini añ.ʒ.ii. medulle cassiefistule butyri recentis fine sale añ.ʒ.ʃ.fermenti caricarū añ.ʒ.i. olei amigdalarum dulcium.ʒ.ii.misceantur. ¶ Pillule superius descripte contra reuma frigidum retente in ore valet.in principio squinantie. Gargarisinus ex decoctione morsus diaboli continue valet. Ad idem. ℞. oximellis compositi.ʒ.ʃ.diamoron.ʒ.ʃ.fiat decoctio ficuum passularuz ireos hysopi.mirti ⁊ apponatur modicum croci. Et si decoctio fiat sine piretro pipere sale ⁊ armoniaco ⁊ nitro erit gargarisma valde fortius aliquo predictorum.

¶ Capitulum de tussi.

¶ Maturatiuum in tussi ficca calida ⁊ aspera sunt sicut sirupus violatus sirupus de papauere de iuiubis aque ꝺcoctionis ordei violarum liquiritie passularum sebesten zuc. al. Euacuatiuum in tali passione. ℞. medulle cassiefi.ʒ.i.ʃ. distemperentur cum predicta decoctione ⁊ addatur in decoctione pruna tamarindi añ.ʒ.ʃ. seminum communium papaueris capilli veneris añ.ʒ.ii. Confectiones valentes diadragagantum lac diapapauer penidij liquiritia pillule bichichie rotunde sub lingua in tussi ficca ⁊ aspera. ¶ Unguentum in tussi ficca ⁊ calida. ℞. mucillaginis psilij mucillaginis dragaganti gummi arabici añ.ʒ.ii. assungie galine medule vituli añ..ʃ.olei violati olei amigdalarum dulcium añ.quar.ʃ.cere q̄tum sufficit ⁊ fiat vnguentuz ad idē ℞.olei violati cere albe añ. q̄tum sufficit ⁊ fiat sparadrapus ad longitudinem vnius palmi ⁊ ad latitudinem medij ⁊ ponatur supra pectus. ¶ In tussi frigida flegmatica quādo materia est flegma grossum in pectore existens causa tussis valet iste sirupus. ℞.radicis ireos radicum enule cāpane añ.quar.ʃ.hysopi capilli veneris recentis añ. ℳ.ii. serpilli calamenti origani psilij. ℳ.i.anisi feniculi seminis vtrice orobi seminis fenugreci seminis lini assi añ.ʒ.i.ordei mundati quar.ʃ.liquiritie rase vuarum passularum mundatarum ab arillis añ.ʒ.ii.mellis zucbari añ.lib.ʃ.fiat sirupus clarificatus vsq3 ad quar.ii. Item valet sirupus ō orobo vel de hysopo ⁊ est extensor bonus. Item sirup. de liquiritia ⁊ sic fiat. ℞.sirupi de hysopo.ʒ.i.de liquiritia.ʒ.ʃ fiat decoctio liquiritie ordei dactylorum passularum cum zucbaro Item sirup. de prasio oximel squilliticum pillule de agarico fm descriptionem mesue ⁊ auicenne cum quibus debet purgari post sirupum. ℞.radicum lilij radicuz ra ⁊ feniculi añ.ʒ.i.agarici.ʒ.i.turbith.ʒ.ʃ.pulpe colloquintide de sarcocolla añ.ʒ.ʃ.hierepicre galieni.ʒ.ii. pulverizentē ⁊ fiant pillule cum succo capillorum veneris ⁊ administrētur in introitu lecti. ¶ Unguentum ad pectus quando est tussis humida de materia flegmatica in pectore. ℞.mucillaginis fenugreci mucillaginis seminis lini añ.ʒ.ii.olei amigdalarum dulcium cere q̄tum sufficit ⁊ fiat sparadrapus in q̄titate vt supra. Ad idem valet bōbix bene carminatus ⁊ madefactus in oleo amigdalarum dulcium ⁊ calefactus ad ignem. ¶ Suffumigium ad idē. ℞. hysopi. ℳ.i.liquiritie passularum mundatarum ab arillis quart.i.ʃ.seminis fenugreci seminis lini añ.quar.ʃ.bulliāt in quatuor libris aque vsq3 quo redeant ad duas libras ⁊ fiat cum tractione dicta in.c.de catarro. ¶ Confectiones cōuenientes loch de pino diapenidon loch sanum ⁊ expertū est diaprasium. Et est fortior alijs loch de squilla diaris vt puto salomonis. Item ius galli antiqui cum quo bulliant semina cartami hysopus ireos passularum seminis vtrice. Item a proprietate multum valet hoc.s.enula crocus pulmo vulpis bene lotus cum vino ⁊ exiccatus ⁊ detur .ʒ.ii. cum bono vino dulci vel cum decoctione predicta.

¶ Capitulum de asmate.

¶ Maturatiua materie asmatis quando est grossa flegmatica sirupus de hysopo sirupus de prasio oximel squilliticū cum aqua decoctionis passularum hysopi ⁊ c.item ad idez ius galli cū q̄ bulliant semina cartami hysopus ireos passule semina vtice cum aqua mellis aut ad supradicta. Item valet pulmo vulpis vt supra. ¶ Confectiones bone in hoc loch de pino loch sanum ⁊ expertum loch de squilla diaprasiuz diaris enula omni modo ⁊ crochus quia ambo valent a forma specifica. Ad idez. ℞.liquiritie.ʒ.i. vue passule lib.ʃ.capilli veneris. ℳ.i.mellis lib.i.ʃ.coquantur iste res in lib.viii.aque vsq3 quo remaneat lib.ii.⁊ cum illa aq̄ temperetur vinum suum. Ad idem sumatur malum granatum dulce ⁊ dividatur in quatuor partes ⁊ in medio ponatur de zucbaro albo pulverizetur ⁊ pomum claudatur ⁊ ponatur sub cineribus demuz grana predicti pomi post q̄ steterit sub cineribus aliquantulum eijciatur in vno vase ⁊ cum cocleari capiatur in ore ⁊ teneatur lambendo.pectus mirabiliter clarificat vocem ⁊ confert tussi. ad idem sumatur ordine duo boli foliorum enule campane cum ficubus maturis siccis. Ad idem si eorum panis.s.coctus cū anisо feniculo ⁊ croco. ¶ Unguentum sive emplastruz supra pectus. ℞.dactylorum pinguium caricarum pinguiū añ.ʒ.ii.radicum malue radicum bismalue an.quar.ʃ.con quassentur fortiter ⁊ bulliant in aqua. ¶ Demuz. ℞.ſter coris columbini termentine refine an.ʒ.i. misceantur omnia in mucillagine psilij seminis lini q̄tum sufficit ⁊ fiat emplastrum ⁊ ponatur super pectus. ¶ Euacuantia pillule al mansoris hic descripte. ad idem pillule de agarico valent multum. ¶ Capitulum de pleuresi.

¶ Quando est in principio de materia ventosa vel subtili pauca vel aquosa calefactorum factum ex duabus partibus milij ⁊ tertia salis multum valet si fiat sacculus ⁊ pōatur super dolorem. Et valet si fiat decoctio cum spongia. ¶ In pleuresi cholerica vel sanguinea digestiuum conueniens in principio. ℞.sirupi violati.ʒ.i.sirupi de liquiritia. ʒ.ʃ.cum duplo aque decoctionis ordei violarum iuiubarum ⁊ zucbaro.item sirupus de papauere valet saltem pter vigilias.ad idem aliud. ℞.endiuie scariole epatice lactuce dulcis capilli veneris recentis ana. ℳ.i.iiii. seminuz frigidorum mundatorum seminis malue bismalue seminis bombicis mundati ana. ʒ.ſ.florum violarum florum nenufaris ana.ʒ.i.zucha.lib.i. ⁊ fiat sirupus clarificatus. ¶ Solutiuum in eodem.solutiuum factum in tussi calida ⁊ ficca ⁊ multum valens est hoc. ℞.medulle casiefistu.ʒ. i.ʃ.distemperentur cum decoctione ordei liquiritie passularum iuiubarum.viol.prunorum añ ⁊ aromatizetur cuz cinamomo.potest addi reubarbarum.ʒ.ʃ.spice.ʒ.i.⁊ pl valet. Confectiones loch de papauere diapenidon diadragantum pillule bichichie retente sub lingua in augmento ⁊ quando materia est grossa matutinum. ℞.sirupi.de hysopo.ʒ.i.ʃ cum aqua predicta. Uel fiat talis. ℞. hysopi capil. veneris recentis ana. ℳ.ii.liquiritie rase vuarum passarum mundatarum ab arill añ.ʒ.ii.ordei.ʒ.i.seminuz quatuor frigidorum mūdato.se.bruſci.se.asparagi fenugreci se.lini añ.ʒ.i.aceu.ʒ.ʃ.mellis quar.i.zucbari quart.iii.fiat sirup. Emplastrum maturatiuum predicte materie. ℞. radicū altee. ℳ.i.florū cinamomi melliloti vio. siccarum

an. ℳ. ʒ. farine seminis lini farine fenugre. an. ʒ. ʒ. farine fabe farine ordei. ʒ. ii. olei amigda. dulciʒ olei anetini olei violarum an. ʒ. i. fiat ex bis omnibus emplastrum. Calefactorium in hac materia. ℞. ordei ozobi an. quart. i. sulfuris ℳ. i. conquassentur simul ⁊ fiat sacculus ad q̄titatem vnius palmi ⁊ bulliant in aqua ⁊ modico ace. ⁊ expresse ponantur supra locum. ℳitigatiū doloris in quacunqʒ pleuresi. ℞. malue bisinalue an. ℳ. i. pistentur ⁊ cū oleo violarum ⁊ aurngia porcina recente per modum emplastri ⁊ ponantur super locum sed non diu teneatur. qz rematuraret materiam. ¶ Solutiuum quando materia est grossa ⁊ digesta. ℞. fic. bora. fic. buglose an. ʒ. ʒ. liquiritie rase vuarum passa. munda. ab arillis an. ʒ. i. cartami mundi. ʒ. ʒ. fiat decoctio in qua dissoluatur cassie. ʒ. i. agarici electi turbit gūmosi mundati interius ⁊ exterius an. ʒ. i. ⁊ fiat colatura vsq̄ ad quar. i. ʒ. Et si vis fortius operari quando materia ē multa vti potes eleboro thimo ⁊ epithimo ⁊ istis similibus. ¶ Capitulū de peripleumōia

¶ Huic competunt recepte que competunt pleuresi quādo est de materia flegmatica ⁊ peripleu. quando est de materia flegmatica ꝙ vt sit in pluribus conuenit. Quando vero peripleumonia est de materia cholerica cōpetunt recepte que competunt pleuresi quando est de materia colica. ¶ Capitulum de sputo sanguinis quomodocunqʒ egrediatur per os in vomitu sanguinis.

¶ Electuarium istud vʒ. ℞. diarodon. diapapauerit trisandali zuchari ro. facu cum ros. siccis citoniorum conditorum cum zucharo sine speciebus añ. quar. ʒ. misceant. ad idem. ℞. conserue rosa. ru. ʒ. i. trisandali. ʒ. ʒ. coralli ru. carabe lapi. emathitis se. portulace se. plantaginis ana. ʒ. i. sanguinis draconis dragagan. gūmi ara. spodij ana. ℳ. i. pulueris zuchari quantum sufficit pulueriʒentur pulueriʒāda subtiliter ⁊ misceantur omnia in modum zuchari rosati. Ad idem trocisci Joannis mesue administrati cum aqua plantaginis quorum rubrica posita est in ca. de tussi. ad idez aque ro. potate succi virge pastoris potati. ad idem efficaciter valet succus plan. cum modico opij. Emplastrum sup stomachum ab extra factum ex succo plantaginis modico aceti ⁊ terra sigillata ⁊ etiam plantago pistata cum modico aceti. emplastrum valens in sputo sanguinis in tussi ⁊ spūalibus. ℞. trocisco. de terra sigillata. ʒ. i. trocisc. de charabe. ʒ. ʒ. pulueriʒentur ⁊ misceantur cum aqua plāta. aqua portu. añ. ʒ. i. ʒ. in ore teneantur lambendo. Et trocisci descripti ⁊ experti in ca. de ventris fluxu infra vide rubricaʒ. ad idez. ℞. tyriace recentis. ʒ. i. ʒ. aceti aque portulace añ. ʒ. i. ʒ. vel ʒ. i. ʒ. Ad idem pulueris lupinorum la. emathitis ⁊ distemperetur cum aqua pluuiali vel portulace pulueriʒentur ⁊ teneat in ore lābendo. Ad idem vtile folia portu. masticata. Ad idem la. emathitis. ʒ. i. cum aqua plan. ʒ. iii. Ad idem grano myrti se. plan. subtiliter pulueriʒatorum. añ. ʒ. ii. aque portu. misceantur ⁊ potetur lābendo Electuarium. ℞. zuchari ro. antiqui. ʒ. i. ʒ. Electuarij constrictiui. ʒ. i. manusxp̄i perlati triansandali diapapaueris añ. ʒ. ʒ. troci. de terra sigillata tro. de charabe. añ. ʒ. i. incorporent cuʒ sirupo mirtino. Ad idem aliud. ℞. pinearum mundatarū ab vtroqʒ cortice. ʒ. i. passularum mundatarum. ʒ. i. ʒ. liquritie subtilissime incise. ʒ. ʒ. 33. ʒ. i. cinamo. ʒ. ii. amigda. dulcium zuc. albi ad pondus omnium ⁊ fiat electuarium vel fiat tragea in forma solida. Loch valens aliud ad idez. ℞. dragagan. ʒ. ʒ. carabe coralli ru. la. emathitis boli ar. ana. ʒ. i. sanguinis draco. origani gummi ara. añ. ʒ. ʒ. semi. portulace semi. planta. coriandri preparati an. ʒ. ʒ. masticis olibani grana tria vuarum passarum pinguium. ʒ. i. aque ro. ʒ. i. aque portu. ʒ. i. zuchari al. lib. i. ⁊ fiat electuarium quo vtatur tenendo in ore lambendo. Unguentum ad pectus hoc vnguentum est singulare quia restringit sanguinem ⁊ non auget tussiʒ sicut illud quod scribit Almansor. ℞. olei ro. olei amigdalarum dulcium olei myrtillorum ana. ʒ. ii. succi citoniorum cere quantum sufficit fiat vnguentum. ad idem. ℞. acatie hypoquistidos sanguinis draconis balaustiarum gallarum masti. ro. ana. ʒ. i. ʒ. i. turbit boli ar. ana. ʒ. i. olei ro. olei mirtini masticini ana. ʒ. ʒ. albuminis vnius ouicere quantum sufficit fiat vnguentuʒ. ¶ Pilule bichichie sub lingua tenende. ℞. dragaganti se. portu. l. paruʒ assate gummi arabici an. ʒ. ʒ. lapidis ematitis antere boli ar. terre sigil. charabe coral. ru. an. ℈. i. mucillaginis psilij. ʒ. i. pluerizentur subtiliter pulueriʒanda ⁊ misceantur cum aq̄ portulace ⁊ fiant bichichie in forma lupini. Siru. constrictiuus ℞. granorum myrti sumach ros. balaustiarum antere corpularum glandium galarum acatie hydoquistidos an. ʒ. ʒ sandalorum al. se. citoniorum spodij ana. ʒ. ii. dragaganti gummi arabici boli ar. sanguinis draconis an. ʒ. i. ʒ. terre sigil. masti. an. ʒ. iii. turis papa. al. ʒ. ii. ʒ. lapidis ematitis ʒ. ʒ. succi plantaginis vini citonio. an. lib. ʒ. despumentur succi ⁊ colentur ⁊ facta decoctione cum aqua pluuiali ⁊ zuc. al. sufficienti fiat siru. Purgatio cum farmaco. ℞. pilularum de agarico. ℈. ii. pilularum cochia. ℈. i. conficiantur simul. resoluentia sanguinem postq̄ fuerit vena consolidata remanente in concauitate pectoris. ℞. tiria. antique. ʒ. i. ʒ. detur cum. ʒ. iii. decoctionis liquiritie ⁊ capilli vene. Ad idem. ℞. tiria. antique. ʒ. i. aceti. ʒ. i. aque ro. ʒ. ii. ⁊ misceatur ⁊c. Ad idem aqua scabiose vʒ. Et nota q̄ si sputum puenit a corruptione. primo facta flebotomia debet fieri purgatio eius quod est causa corrosionis. sed isti raro vel nunq̄ euadunt. ℳedicamen vltimum in oi fluxu sanguinis. ℞. piretri al. iusquiami an. ʒ. v. terre sigillate opij ana. ʒ. ii. se. canapis croci ana. ʒ. i. ℈. i. castorei spice euforbij piretri margaritarum non perforatarum charabe zedoarie dorōci an. ℈ scampho. gra. vi. confice cum melle ro. cocto. quātum sufficit. Dos est a. ʒ. ʒ. vsqʒ ad. ʒ. i. cum aqua plantag. ʒ. i. ʒ. vini subtilissimi. ʒ. ʒ. ¶ Capitulum de phthisi.

